

## [Liber sextus decem capitularum]

[fol. 157v° b]

**INCIPIIT LIBER SEXTVS DECVM CAPITVLORVM** <sup>1</sup> \*

**S**cire <sup>2</sup> autem opus est omnem hanc periocam, decem capitulis esse distinctam ; que capitula non a se actus ecclesiastici per tempora secuntur, ordinata sunt. Sed unum quodque <sup>3</sup> capitulum totius est temporis. Sunt capitula haec.

*Et apertum est templum Dei in celo, et uisa est arca testamenti in templo eius.*

*Et facta sunt fulgura, et uoces, et tonitrua, et terremotus, et grando magna [Ap 11,19].*

*Et uidi inquit bestiam de abyssu ascendente [Ap 13,1].*

[157v°] **Illustration : L'Arche du Temple dans le ciel et la Bête qui monte de l'abîme** (Ap 11, 19) :

*Partie supérieure, au centre : L'Arche sous une arcade trilobée.*

*Partie inférieure : La Bête : UBI BESTIA ASCENDIT DE ABISSO.*

[fol. 158r° a] **INCIPIIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.**

**E**t <sup>4</sup> apertum est templum Dei in celo [Ap 11,19]. Vsque nato Domino manifestatum est templum Dei in celo, id est <sup>5</sup> Ecclesia.

Unde ostenditur Aecclesia in celo, non in manufactis esse. Templum apertum <sup>6</sup> manifestatio est Domini nostri. Templum enim Dei Filius est sicut ipse ait : Soluite templum hoc, et in tribus diebus suscitabo illud.

Et dicentibus Iudeis, quadraginta sex annis edificatum est templum hoc ?

Ille autem, de templo corporis sui dicebat.

*Et uisa est arca testamenti, in templo eius [Ap 11,19].* Euangelii predicatio est, et indulgentia delictorum, et omnia dona cum Christus aduenit, dicit apparuisse. **Et facta sunt fulgura, et uoces, et tonitrua, et terremotus, et grando magna [Ap 11,19].**

Haec omnia uirtutes sunt coruscationis et praedicationis et bellorum Ecclesie. Haec dixerat facta, et in descriptione praedicationis septem angelorum ab

---

\* **LÉGENDE : Caractères rouges :** • Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. • Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. • Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

**Caractères noirs :** • Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. • Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. • Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. capitularum corr. en capitulorum par o suscrit sans suppression du a.

2. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

3. d ajouté en interligne d'une encre plus noire.

4. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur trois lignes.

5. in gratté devant ecclesia.

6. est gratté après apertum.

aduentu Domini quam stetisset super aram, sed generaliter a natiuitate Christi usque in finem mundi.

Deinde descripsit per partes, quemadmodum dum facta sint intra Ecclesiam spiritualiter, et in Antichristo completum sit specialiter.

Vt templum Dei in celo apertum sit, et pugne secute sicut dicit. **Et uidi inquit ascendentem bestiam de abyso** [Ap 13,1]. Post multas plagas saeculo infixas ascendisse bestiam de abisso, id est Antichristum de populo. De abyso autem ascensurum, multis testimoniis conprobandum. Ait Ezechiel: Ecce Assur cypressus [fol. 158r° b] in monte Libani. Assur deprimens cypressus excelsa<sup>7</sup> ramosa<sup>7</sup>, id est populus multus in monte Libani. Regnum regnorum, id est Romanorum. Formosus in gentibus, id est fortis in exercitibus. Aqua inquit enutriet illum, id est multa milia hominum, quae subiecta erant illi. Et abissus auxit illum, id est truncabit eum. Iam et Esaias pene hisdem uerbis loquitur, fuisse autem eum iam in regno Romanorum, et fuisse inter Caesares. Et Paulus contestatur. Ait enim ad Tessalonicenses: Qui nunc tenet teneat, donec de medio sit; et tunc apparebit iniquus ille, cuius aduentum secundum perfectionem Satanę signis et portentis mendacibus; et ut scirent illum uenturum qui tunc erat princeps adiecit: Archanum inquit malitiae iam molitur, id est malitia quam facturus est archanum<sup>8</sup> molitur, sed non sua uirtute nec patris sui diaboli suscitatur sed Dei iussu<sup>9</sup>. Quare ergo Paulus idem dicit: Idcirco non perceperunt amori<sup>10</sup> Dei, inmittit eis Deus spiritum erroris, ut omnes persuadeantur mendatio, qui non sunt persuasi ueritate. Et Esaias ait: Sustinentibus illis lucem, tenebrę ortę sunt. Eliam uero, et qui cum eo uenturus est ab eodem interfici manifestat Apocalipsin, et non tertia die sicut Christus. Sed quarta die resurgere, ne quis equalis Domino inueniatur.

EXPLICIT TEMPLVM ET BESTIA.

INCIPIIT DE MULIERE ET DRACONE.

**Et<sup>11</sup> signum magnum uisum est in celo.** *Mulier amicta sole et luna sub [fol. 158v° a] pedibus eius, et in capite eius coronam stellarum duodecim. Et in utero habet; clamat parturiens cruciabunda ut pareret.*

**¶ Et uisum est aliud signum in celo, ecce draco roseus magnus, habens capita septem et cornua decem.** *Et supra capita eius<sup>12</sup> septem diademata, et cauda eius trahit tertiam partem stellarum cęli, et misit eas in terram.*

**¶ Et draco stetit in conspectu mulieris, futurę parere; et cum peperit natum eius comedat.** *Et genuit mulier filium masculum, qui recturus est omnes gentes in uirga ferrea. Et raptus est filius eius ad Deum et ad tronum eius, et mulier fugit in heremum ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi eam pascat<sup>13</sup> diebus<sup>14</sup> mille ducentis<sup>15</sup> nonaginta.*

7. o final corr. en a.

8. archanę corr. en archanum.

9. iussa corr. en iussu.

10. amorem corr. en amori.

11. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

12. eorum corr. en eius.

13. pascant corr. en pascat.

14. dies corr. en diebus.

15. os final corr. en is.

**¶III Et factum est bellum in caelo.** *Micahel et angeli eius pugnabant cum dracone ; et draco pugnabat et angeli eius, et non ualuerunt neque locus eorum inuentus est amplius in celo. Et expulsus est draco magnus anguis antiquus<sup>16</sup> qui dicitur diabolus et Sathanas<sup>17</sup> seducens totum orbem expulsus est in terram, et angeli eius cum eo expulsi sunt. Et audiui uocem magnam in celo dicentem : Modo facta est salus et uirtus et regnum Deo nostro, quoniam exclusus est accusator fratrum nostrorum, qui accusat eos in conspectu Dei die ac nocte. Et ipsi uicerunt eum in sanguine Agni, et propter testimonium eorum, et non dilexerunt animas suas usque ad mortem, ut adhuc esset [fol. 158v° b] in celo. Vē tibi terra et mare, quia descendit ad uos diabolus habens iram magnam, sciens quoniam breuē tempus habet.*

**¶V Et cum uidisset draco quia exclusus est in terra,** *persecutus est mulierem quę peperit masculum. Et datę sunt mulieri duę alę aquilę<sup>18</sup> magne ut uolaret in heremum, in locum suum ubi nutritur illic tempus et tempora et dimidium temporis a fatie serpentis.*

**¶VI Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam,** *uelut flumen, ut eam a flumine auferret. Et adiuuit terra<sup>19</sup> mulierem, et aperuit terra os suum et absorbit flumen, quod misit draco ex ore suo. Et iratus est draco in mulierem, et habiit facere bellum cum reliquis seminibus<sup>20</sup> eius, qui seruant mandata Dei, et habent testimonium Ihesu Christi. Et stetit super arenam maris [Ap 12,1-18].*

**EXPLICIT STORIA MULIERIS ET DRACONIS<sup>21</sup>.**

[Un folio a été supprimé entre les folios numérotés 158 et 159 : on ne sait pas ce qui occupait le recto, car le texte du folio 158v° se poursuit sur le folio 159v° ; quant au verso, il portait la partie gauche de l'image dont la partie droite occupe le folio 159r°].

[fol. 159r°] : **Illustration : La Femme revêtue du soleil et le Dragon.**

Partie droite de l'image de la Femme revêtue du soleil et du Dragon. Manquent la Femme, la partie antérieure du Dragon et une partie des anges.

Sur cette page, au centre, seule est représentée la partie postérieure du Dragon.

Au-dessus, des anges l'attaquent à la lance.

En haut à droite, dans un cercle, un ange présente un enfant nimbé au Dieu en majesté : PUER RAPTUS.

En bas, un démon enchaîné et des damnés dans le feu de l'enfer : ANGELI QUOS DRACO TRAXIT IN INFERNO MISSI SUNT. DIABOLUS LIGATUS TENETUR.

[fol. 159v° a]

**INCIPIIT<sup>22</sup> EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE :::**

**Et<sup>23</sup> signum magnum uisum est in celo** [Ap 12,1]. *Celum Aecclesia est. Signum magnum, id est Deum<sup>24</sup> hominem<sup>25</sup> fieri. Mulier inquit amicta sole et luna sub*

16. Le premier u ajouté en interligne.

17. h ajouté en interligne.

18. illius gratté après aquilę.

19. m final gratté.

20. seminis corr. en seminibus.

21. nis ajouté d'une autre main.

22. Initiale non ornée rentrante.

23. Grande initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

pedibus eius, frequenter dictum est genus in multas diuidi speties, quę omnia unum sunt. Nam quod est cęlum, hoc templum in cęlo ; hoc mulier amicta sole, hoc luna sub pedibus eius, tamquam si diceret mulier amicta sole, et mulier sub pedibus eius aut luna amicta sole et luna sub pedibus eius, omnia enim bipertita sunt. Eccclesiam dicit, partem suam sub pedibus habere. Ista pars quę sub pedibus est ad Eccclesiam uidetur pertinere, sed Aeccclesia non est, quia congregatio maligna est, quę de superioribus stellis<sup>26</sup> cum dracone diabolo et pseudopropheta ad hanc Aeccclesiam pertrahit<sup>27</sup>, ut semper sibi socios requirat, cum quibus<sup>28</sup> pęcipitetur in gehenna. Semper enim haec mulier aetiam ante aduentum Domini parturiebat in doloribus suis, quę est antiqua Aeccclesia patrum et prophetarum et sanctorum apostolorum, quę<sup>29</sup> gemitus et tormenta desiderii sui habuit, usquequo fructum ex plebe sua secundum carnem olim promissum sibi uideret Christum, et ex ipsa gente corpus sumpsisset. *Sole autem amicta* [Ap 12,1], id est in [fol. 159v° b] bono opere manifestata, per quem spem resurrectionis in ipso lumine claritatis expectat et gloriam repromissionis. Luna uero in nocte lucere solet, Eccclesia est quę in tenebris istius saeculi a malis uideri non potest, quia casus sanctorum corporum, ex debito mortis, quod deficere numquam potest. Nam quemadmodum minuitur, ita et augetur, nec in totum extincta est spes dormientium, ut quidam putent, sed habent in tenebris lucem inter ipsas tenebras sicut luna quam<sup>30</sup> sub pedibus mulieris esse diximus, corona<sup>31</sup> autem stellarum sancti sunt.

**Et in capite eius coronam stellarum duodecim** [Ap 12,1]. Id est in Christo duodecim tribus Israel in duodenario numero Aeccclesia constructa, quę prima ante aduentum Domini, quasi ante solis ortum in nocte saeculi relucebat. Et quia signum magnum uisum est in caelo. Cęlum, Eccclesia est.

Signum magnum Christus est. Stellarum quoque<sup>32</sup> relucentium milia, hoc est patriarcharum, prophetarum, apostolorum, martirum, sacerdotum et confessorum, uirtutum suarum luminibus radiantes.

**Et uisum est aliud signum in cęlo, ecce draco roseus magnum** [Ap 12,3], id est diabolus. Aliud<sup>33</sup> autem signum dixit, de contrariętate.

Supra dixit signum magnum, et hic aliud<sup>33</sup> signum Nam professio una est Aeccclesia et misterium<sup>34</sup> facinoris, et eo nomine et carismate, quod est Eccclesia ; facit signa et prodigia, querens Aeccclesie natum deuorare.

In cęlo uisus est draco, id est in Eccclesia con-[fol. 160r° a]-gregatio<sup>35</sup> maligna cum diabolo, qui Eccclesię filium, id est in pęcitentiam fortem uirum, inuidia ductus

24. ex gratté apręs Deum.

25. homini corr. en hominem avec ajout de tilde.

26. superiore stella corr. en superioribus stellis.

27. h ajoutę en interligne.

28. quos corr. en quibus.

29. ue ajoutę en interligne d'une encre plus noire, sur une lettre grattęe.

30. que corr. en quam.

31. Tilde grattęe sur a.

32. o ęcrit en interligne.

33. aliut corr. en aliud.

34. o final corr. en um par ajout de um suscrit au-dessus de o maintenu.

35. -gragatio corr. en -gregatio par ajout de e contre le a non supprimę.

deuorare conatur. Sic denique Herodes intestinus hostis <sup>36</sup>, in oriente uiso signo, consentiens simulat se Christum adoraturum, quem Spiritus sancti gubernatione subtractum, totis uiribus querebat occidere. Eroses diabolus est. Signum in oriente Christus est, qui nos oriri <sup>37</sup> facit ad lucem. **Habens inquit capita septem, et cornua decem.** *Et super capita eius* <sup>38</sup>, *septem diademata* [Ap 12,3]. Capita reges sunt. Et cornua regna, sicut in isto libro expositurus est. <sup>39</sup> In septem ergo capitibus, omnes reges. Et in decem cornibus, omnia regna dicit. Decem enim regna esse non possunt, quia in toto mundo quattuor regna sunt, id est capud <sup>40</sup> aureum, et pectus et brachia de argento, et uenter et femora ex ęre, tibię autem ferree. Et in hoc regno quarto ferreo, id est Romanorum in quo rex geritur, quia omnia quattuor sunt, et in quattuordecim dilatantur. Ergo dicamus quod omnes scriptores ęcclesiastici tradiderunt in consummatione mundi, quando regnum destruendum est Romanorum, decem futuros reges, qui orbem Romanum inter se diuidant, et undecimum surrecturum esse paruulum regem, id est Antichristum, qui de paruula gente Iudęorum, id est de tribu [fol. 160r<sup>o</sup> b] Dan, qui inter cęteros fratres suos, hęreditatem in terram repromissionis non est sortitus. Sed et aquilone est castrametatus, re uera illum est immitatus, qui dixerat, ponam sedem meam ad aquilonem. Proinde dicitur paruulus, eo quod non debebatur ei honor regius. Ipse est Antichristus, qui tres reges de decem regibus superaturus est.

Id est ęgyptiorum regem, et Africę et Aetiopię, quibus interfectis <sup>41</sup>, aetiam alii <sup>42</sup> septem reges, Antichristo colla submittent. **Et cauda eius trahit** <sup>43</sup> **partem stellarum** <sup>44</sup> **cęli, et misit eas in terram** [Ap 12,4]. Hoc <sup>45</sup> duobus modis, intelligendum est ; siue de angelis, qui de cęlo proiecti sunt, siue de omnibus qui de ęcclesia foras proiciuntur. Cauda draconis, prophetę iniqui et pędicatores mendaces sunt, qui stellas cęli adherentes sibi, deiciunt in terra. In scriptura sacra stellarum nomine, aliquando sanctorum iusticia, quę in huius uitae tenebris lucet. Aliquando uero ypocritarum simulatio demonstratur, qui bona quę fatiunt, ad percipiendas laudes hominibus ostendunt. Si enim recte uiuentes stellę non essent, nequaquam Paulus discipulis diceret : In medio nationis prauę et peruersae, inter quam <sup>46</sup> lucetis sicut luminaria in mundo. Rursum si inter eos qui recta agere uidentur, quidam de opere <sup>47</sup> suo <sup>48</sup> retributionem laudis humane non [fol. 160v<sup>o</sup> a] quererent, nequaquam stellas Iohannes traere a <sup>49</sup> cęlestibus uideret dicens : *Misit draco caudam, et traxit terciam partem stellarum* [Ap 12,4].

36. h écrit en interligne.

37. e final corr. en i.

38. eorum corr. en eius.

39. Une ligne de demie grattée. Pour ce passage, Sanders donne : sed quot sunt, tot idem cornua ; idem enim numerus.

40. caput corr. en capud.

41. c écrit en interligne.

42. alios corr. en alii.

43. h ajouté en interligne d'une encre noire.

44. sta initial corr. en ste, par ajout de e contre le a non supprimé.

45. oc écrit sur plusieurs lettres grattées.

46. qui corr. en quam.

47. opera corr. en opere par ajout de e contre le a non supprimé.

48. opera sua corr. en operæ suo.

49. ad corr. en a par grattage.

Draconis enim cauda stellarum pars trahitur <sup>50</sup>, quia, extrema persuasione Antichristi, quidam qui uidentur lucere, rapiuntur.

Stellas namque in terra trahere <sup>50</sup> est, eos qui uidentur studio uitae cęlestis inherere, ex amore terreno, iniquitate aperti <sup>51</sup> erroris inuoluere.

Cauda ergo, ut diximus, praedicatores iniqui sunt, qui has <sup>52</sup> stellas imitantur, ipsi sunt sub pedibus mulieris. Tertiam autem stellarum <sup>53</sup> cęli dixit ne quis putaret quod illam tertiam quę foris est, id est paganos ; sed alteram duarum quę in cęlo sunt, id est christiani intra Ecclesiam. Duo signa dicit in uno loco, mulierem quę est Aecclesia, et in una Ecclesia duas esse partes, una Dei et unam diaboli, et diabolus cum regibus suis et regno. Non est enim alius rex aut aliud <sup>54</sup> regnum, cuius sint falsi fratres quam mundi et Christum se dicunt credi et diabolo deseruire. Et regali amicitia freti esse et ipsis confitentibus Christo recusato et ueluti lege damnato, ore confiteatur, et operibus dicant nos non habemus regem nisi Cęsarem. **Et draco stetit in conspectu mulieris futurę <sup>55</sup> parere, ut cum peperit natum eius comedat** [Ap 12,4]. Quotiens Spiritus futura promittit, et pręterita [fol. 160v<sup>o</sup> b] narrat, et id futuro in Ecclesia quo factum est pręmonet, semper enim cruciantibus parit Aecclesia Christum per membra. Vnde et semper Filii hominis aduentum promisit, eo quod sancti adueniant in claritate similium passionum, sicut et ipse Dominus passus est. Semper enim et draco in celestia, id est per spiritualem nequitiam, querit deuorare nascentem, qui per masculos <sup>56</sup>, id est fortes <sup>57</sup>, in penitentia, contemplatione ad tronum Dei rapitur. Omnis <sup>58</sup> itaque Filius hominis patitur, quod patitur, et a quibus passus, post <sup>59</sup> tertium diem resurrecturus, in Herode rege omne in testimoniorum corpus ostensum. Sic enim dictum est in Eũangelio : Mortui sunt, qui querebant animam pueri ; reuertere, inquit ad Ioseph, in terram tuam. Quid est Herodes nisi diabolus, qui in uitiiis regnat ? Quid est terra pueri, nisi cęlestis Iherusalem ? Nemo potest ad <sup>60</sup> terram propriam reuerti, nisi diabolo mortuo, id est excluso. Sic in Herode ostensum est Christum iugiter nasci, atque ab eo semper requiri. Cum enim iam natum cognosceret, non dixit ubi Christus natus est, sed ubi nasceretur. Compulsus est uerum dicere, sicut Cayphas, qui a se locutus non est, sed cum esset pontifex, prophetauit, cum diceret : Expedit unum hominem mori pro populo. **Et genuit mulier filium masculum** [Ap 12,5]. Id est fortem ad pugnandum et uincendum, qui non quemlibet sanctorum uirorum imitando, sed ipsam ueritatem contemplabiliter intuendo operantem iusticiam, ut ipsum <sup>61</sup> intelligat <sup>62</sup> et sequatur, id est Christum, ad cuius imaginem [fol. 161r<sup>o</sup> a] et

---

50. h ajouté en interligne.

51. o final corr. en i.

52. h ajouté d'une main différente.

53. Il écrit sur des lettres grattées.

54. aliud corr. en aliud.

55. futura corr. en futurę à l'encre noire.

56. masculus corr. en masculos.

57. fortis corr. en fortes par e suscrit au-dessus de i maintenu.

58. omnis corr. en omnes.

59. Plusieurs lettres grattées après post.

60. a corr. en ad par d suscrit.

61. ipsa corr. en ipsum.

62. intellegat corr. en intelligat.

similitudinem factus est <sup>63</sup>. **Qui recturus est omnes gentes in uirga ferrea** [Ap 12,5].

Vtique et corpus eius nascens, id est Aecclesia, potestatem habet regere in uirga ferrea, quia spiritualis quisque effectus et Deo similis factus, secundum Apostolum, iudicat omnia, ipse autem a nemine iudicatur, sicut idem Dominus dicit : *Qui uicit et seruat usque in finem opera mea, dabo ei potestatem super gentes, et pascet eas in uirga ferrea, et sicut uasa fictilia confringentur, sicut et ego accepi a patre meo* [Ap 2,26-28]. **Et raptus est filius eius ad Deum, et ad tronum eius** [Ap 12,5]. Omnis qui toto mentis ardore ad Deum conuertitur <sup>64</sup>, quasi mortuus per penitentiam resurgit. Et cum resurrexerit ab actiua uita, trahitur <sup>65</sup> in contemplatiua et in reuerberatis oculis cordis ut radios solis aquila non reflectitur a celestibus <sup>66</sup>. Tunc filius masculus ad tronum Dei dicitur raptus.

**Et mulier fugit in heremum ubi habet locum paratum a Deo, ut ibi eam pascat** <sup>67</sup> **diebus** <sup>68</sup> **mille ducentis** <sup>69</sup> **nonaginta.** [Ap 12,6]

Mulierem, Ecclesiam diximus. Heremum, desertum non dubitamus. Et quid desertum, nisi derelictum, ubi nullus laborator habet accessum. In heremo enim serpentes et bestię solent habitare, non homines. In hoc ergo heremo fugire dicitur mulier, id est homines iniqui <sup>70</sup> ubi uia non repperitur quod est Christus. In heremum itaque dicit inter scorpionos <sup>71</sup> et uiperas et omnem uirtutem Satane, quam calcandam a Deo accepit Ecclesia. Similitu-[fol. 161r° b]-dinem namque totius Aecclesię, in heremo inter huiusmodi serpentes, pastus et gubernatus est Israel. Serpente cruce perempto. Omnia enim figurę nostrae fuerunt. Daud denique iunxit figuram quę in heremo precesserat proprietati, quę in toto mundo geritur.

Sic enim ait : Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimicorum.

De regionibus congregauit eos, a solis ortu usque ad occasum, ab aquilone et mari <sup>72</sup>. Errauerunt in deserto, in siccitatis uia <sup>73</sup>. Et describit totam Ecclesiam in heremo, id est Israel quod sunt uidentes Deum. Hieremias uero dicit heremum esse homines iniquos : maledictus, ait, homo qui spem habet in homine, et firmat carnem brachii sui et a Domino discedet cor eius. Et erit sicut gutta maris in deserto, et non uidebit, cum uenerit, bona, et habitabit inter iniquos in terra deserta, et in terra salsa quę non habitabitur. Vides quia iniqui terra deserta est, in qua Deus non habitare dicitur. In hac terra mulier, id est Aecclesia, habitat, et ibi pascitur celesti doctrina, donec finiantur dies mille CC<sup>ti</sup> LX<sup>a</sup> <sup>74</sup>. Id est a primo aduentu Domini usque ad secundum eius aduentum, donec ab iniquis liberetur.

---

63. ueritate gratté après est.

64. conuertetur corr. en conuertitur.

65. h ajouté en interligne.

66. ia final corr. en ibus.

67. n gratté devant le t final.

68. dies corr. en diebus.

69. os final corr. en is.

70. iniquos corr. en iniqui.

71. scorpios corr. en scorpionos.

72. mare corr. en mari.

73. siccitate uiam corr. en siccitatis uia.

74. ti et a écrits en interligne.

**Et factum est bellum in caelo** [Ap 12,7]. Id est in Aecclesia, ubi draco supradictus pugnat cum sanctis <sup>75</sup>. **Micael et angeli eius pugnabant cum dracone** [Ap 12,7]. Michaellem Christum, et angelos <sup>76</sup> eius, sanctos homines. Nemo [fol. 161v° a] est præter Dominum qui habeat <sup>77</sup> angelos, nisi Dominus Christus, sicut Daniel ait : Tunc adit tempus aduenit, Michael arcangelus ille maior qui filiis populi sui præest, et eo tempore erit pressura populi tui, qualis numquam fuit ex quo gentes esse coeperunt usque ad illud <sup>78</sup>. **Et draco pugnavit, et angeli eius** [Ap 12,7]. Absit enim, ut credamus, diabolum cum angelis suis in cęlo ausum esse pugnare qui in terris unum hominem Iob a Domino postulavit, ut lederet. Potestatem namque pugnandi cum semine mulieris, id est cum sanctis <sup>79</sup>, non cum Filio Dei aut angelis eius accepit. **Pugnat in cęlo cum Christo, sed in Eecclesia homine induta** <sup>80</sup>.

**Et non ualuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in celo** [Ap 12,8]. In omnibus sanctis dixit, qui, credentes Christo, semel expulsum diabolum amplius non recipiunt. **Et expulsus est draco magnus anguis anticus, qui dicitur diabolus et Sathanas** <sup>81</sup>, **seducens totum orbem, expulsus est in terram, et angeli eius cum eo expulsi sunt** <sup>82</sup> [Ap 12,9]. Draco, princeps diabolus est, et angeli eius homines sunt mali, et spiritus inmundi. Omnes cum suo principe expulsi sunt in terra. Terram carnales homines dicit, qui terrena diligunt. Cui dictum est : Terra es et in terram ibis. Iustis uero dictum est : celum es et in cęlum ibis. **Ab ipsis iustis excluduntur, qui in terra expulsi sunt conculcandi, pedibus sanctorum.** [fol. 161v° b]

Sicut scriptum est : Super aspidem et basiliscum ambulabis et conculcabis leonem et draconem. Non quod sancti <sup>83</sup> pedibus eos conculcent, cum malum pro malo non reddent, sed cum illi amant terrena et sancti <sup>83</sup> ad cęlestia anhelant <sup>81</sup>, et nichil terrenum desiderant et tribulationem et paupertatem equanimiter tolerant, super ipsos mente, non corpore ambulare, dicuntur. Quia Christus qui semel exemplum sequentibus reliquit, talem potestatem dedit suis, calcare serpentes et scorpiones et omnem uirtutem Sathanę <sup>81</sup>. **Et audiui uocem magnam in cęlo dicentem : Modo facta est salus et uirtus et regnum Dei nostri et potestas Christi eius** [Ap 12,10]. Uox magna in cęlo uictoria est Christi et salus quam <sup>84</sup> dedit Aecclesię, cum in carne apparuit. Omnia regna mundi seruiunt ei, id est sancti, et idola destruxit, que <sup>85</sup> nichil uidebantur esse. Ante eius aduentum a <sup>86</sup> patriarchis et prophetis sperabatur, sed non uidebatur. Postquam uenit, discipulis dixit : **Multi iusti et prophetę concupierunt uidere que uidetis, id est me in carne. Beati oculi qui uident que uos uidetis, et felices aures que audiunt que uos auditis.**

---

75. sanctos corr. en sanctis.

76. angelis corr. en angelos par o suscrit sans suppression du i.

77. a ajouté en interligne.

78. illud corr. en illud. horæ gratté à la suite.

79. sanctos corr. en sanctis.

80. o final corr. en a.

81. h ajouté en interligne.

82. sunt écrit dans la marge de la même encre.

83. s final gratté.

84. quem corr. en quam.

85. qui corr. en que.

86. a écrit dans la marge.

Tunc illi dixerunt : **Modo facta est salus Dei nostri quia proiectus est accusator fratrum nostrorum qui accusabat** <sup>87</sup> **illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi uicerunt eum in sanguine Agni et propter uerbum testimoniorum,** [fol. 162r<sup>o</sup> a] **et non dilexerunt animas suas usque ad mortem** [Ap 12,10-11]. Sicut quidam putant angelorum uox est ista, ut de superiore dicerent celo, nequaquam debuerant dicere accusator fratrum nostrorum, sed accusator noster. Nec accusat, sed accusabat. Quod si iustos in terris positos angeli appellauerunt fratres suos, non erat gaudendum esse in terra diabolum, cum diabolus et homines in terra habitare et <sup>88</sup> demones.

Sed ut supra diximus, apostolorum credimus uocem esse, cum diabolum cognouerunt ligatum teneri, et Dei filium incarnatum, in suis sanctis regnare cum dicerent : *Modo facta est salus et regnum Dei nostri, quia confusus est accusator fratrum nostrorum, qui accusat eos die ac nocte* [Ap 12,10], quod nunc in Ecclesia uidetur esse. Scriptura enim sacra, sepe diem pro prosperis, noctem uero pro aduersis ponere consuevit.

In die ergo et nocte accusare non cessat, quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusat. In die accusat, cum in prosperis mala nobis uerbo aut facto aut cogitato insinuat. In nocte accusat, cum in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. **Vt adhuc esset in caelo** [Ap 12,12]. Sic enim in terra maledicunt, dicentes : **Vt tibi, terra, et mare** [Ap 12,12].

Id est, qui in celo non estis, quod est Ecclesia.

Terra et mare homines mali sunt.

**Quia descendit ad uos diabolus habens iram magnam, sciens quoniam breue tempus habet** [Ap 12,12]. Descendere diaboli est in terra et mare, id est in omnibus malis habitare, [fol. 162r<sup>o</sup> b] de celo deicitur, quod a sanctis expellitur, ubi deiectus a sanctis, descendit in suos. Mali enim non possunt celum fieri, nisi diabolo excluso ; et cum exclusus fuerit ab eis, tunc dicitur ultra diaboli locus inuentus non <sup>89</sup> est in caelo. **Et cum uidisset draco, quia exclusus est in terra, persecutus est mulierem, que peperit masculum** [Ap 12,13]. Quanto enim diabolus deicitur, tanto magis persequitur. **Et date sunt mulieri due alae aquile illius magne, ut uolaret in heremum, in locum suum ubi nutritur, illic tempus et tempora et dimidium tempus a facie serpentis** [Ap 12,14]. Duas alas, duo testamenta dicimus esse, que <sup>90</sup> accepit, quo serpentem fugiret in heremo in locum suum qui illi datus est, id est homines malos, sicut dicit : Ecce mitto uos, sicut oues in medio luporum.

Tempus et tempora et dimidium tempus, a passione Domini dicit usque in finem saeculi, sicut iam supra diximus : **Et misit serpens post mulierem ex ore suo aquam uelut flumen** [Ap 12,15]. Iam supra diximus serpentem diabolum esse. Aqua uero uelut flumen, populus est persecutor Ecclesiam. Cum sanctos spiritualiter decipere non potest, populum incitat contra Ecclesiam, ut eos aliquo

---

87. accusat corr. en accusabat à l'encre noire.

88. *Le scribe avait copié habitarent si ita, et lui-même ou un de ses prédécesseurs avait omis ce qui suivait sur son modèle : est intellegendum, gaudium erat homines habitare cum, en reprenant demones à la suite. Le relecteur, qui ne devait plus disposer du modèle a cru pouvoir corriger habitarent en habitare et remplacer si ita par et.*

89. non ajouté en interligne.

90. qui corr. en que.

modo uel in uerbo decipiat, ut eos semper unde accuset habeat, sicut dicit : **Vt eam a flumine auferret, et adiuuit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbit flumen quod misit draco** [fol. 162v° a] **ex ore suo** [Ap 12,15]. Terra hoc loco Christus, Filius Dei, est incarnatus, sicut scriptum est.

Terra nostra dedit fructum suum, id est sanctos suos, qui in ea germinant. Nam Dominus noster qui interpellat pro nobis et istas persecutiones a nobis remouet<sup>91</sup>, cum ipsa terra sedet ad dexteram uirtutis. Quotiens enim persecutiones Ecclesiae<sup>92</sup> inrogantur, sanctę terrę precibus admouentur. Cum enim mali persecuntur Aecclesiam, tunc boni passionem Domini ad mentem reductam, inter flagella lętantes, cuncta equanimitè portant aduersa. **Et iratus est draco in mulierem, et habiit facere bellum cum reliquis seminis eius, qui seruant mandata Dei, et habent testimonium Ihesu Christi** [Ap 12,17]. Non quod diabolus iam sic est proiectus, sicut legimus eum de cęlo proiectum, cum in illo suo uasę Antichristo habitaturus erit in finem, qui adhuc modo ligatus tenetur, cum adhuc aperte Aecclesiam non deuastat.

Cum et multos alios per longam alios<sup>93</sup> per breuem pęnitentiam redire.

Postquam uero in illo suo uasę ingressus fuerit, tunc nemo conuertatur quia omnes quos in stadio uitę carnalis inuenerit, sub iugum suę dicionis rapiet<sup>94</sup>. Sed tamen ante oportet Eļiam predicare, et pacis tempus<sup>95</sup> esse, et postea consummato triennio et sex mensibus prædicationis Eļiae, iacturum de cęlo ubi habuit [fol. 162v° b] potestatem ascendendi usque ad illud tempus, et angelos refugas uniuersos. Sic et Antichristum de inferno suscitare, Paulus apostolus ait : Nisi prius uenerit dissessio et apparuerit homo peccati filius perditionis et aduersarius, qui se eleuabit super omne<sup>96</sup> quod nominatur Deus, aut quod colitur. Sed quia Eņoc et Eļia prædicantibus<sup>97</sup> multi ex his qui tunc ex Iudeis ad cognitionem ueritatis redeunt, et in extremis cum Iudea crediderint<sup>98</sup> grauissimas persecutiones Antichristi tempore sentient<sup>99</sup>, ita ut prædicationes eius ministerii iniquitatis non recipiat, sed resistendo eos uinculis dolorum premat. Et in medio eorum predicator non egreditur, quia ad corda prauorum prædicationis non peruenit, dum lingua bonorum, ligata tribulationibus, tacet. Erunt etenim tunc multi ex Iudeis infidelibus qui eosdem ipsos qui ex Iudeis crediderint persequentur<sup>100</sup>. Nunc uero spiritualiter est, quod tunc specialiter factum erit. Dicit enim iratum draconem in mulierem ; *habiit facere bellum cum reliquis seminis eius* [Ap 12,17], id est cum sanctis<sup>101</sup> non posse continuari in persecutione, quod sanctae terrę in coniunctione magis ac magis se armabit misterio facinoris insistere, quod posset semper insidiari, sicut dicit : **Et stetit**

91. remouit *corr.* en remouet.

92. persecutionis ecclesiam *corr.* en persecutiones ecclesię.

93. alias *corr.* en alios.

94. rapit *corr.* en rapiet *par e ajoutę en interligne de la męme main.*

95. tempora *corr.* en tempus.

96. m *final grattę.*

97. e *final corr.* en ibus.

98. n *ajoutę en interligne devant le t final de la męme main.*

99. sentit *corr.* en sentient *par ajout de en en interligne.*

100. persequantur *corr.* en persequentur *par ajout de e contre a non supprimę.*

101. sanctos *corr.* en sanctis.

**super arenam maris** [Ap 12,18]. Id est super multitudinem populi sui, ubi et rex esse dinoscitur. EXPLICIT EXPLANATIO MVLIERIS ET DRACONIS.

**INCIPIST STORIA BESTIE ET EIUS**[dem draconis]

[Folio perdu : Un folio a été supprimé entre les fol. numérotés 162 et 163 : une de ses faces devait porter l'image de l'Adoration de la Bête à sept têtes (Ap 13, 1-10) ; l'autre portait la suite du texte du folio 162v°, restituée d'après l'édition de Sanders, p. 471-472] :

**T. 13 1** Et vidi ascendentem de mari, habentem cornua decem et capita septem, et super cornua eius decem diademata, et super capita eius nomen blasphemiae. **2** et bestia, quam vidi, similis erat pardo, et pedes eius sicut ursi ; os eius ut leonis. et dedit ei draco virtutem suam. **3** et vidi unum ex capitibus eius, quasi occisum in morte ; et plaga mortis eius curata est. et mirata est omnis terra secuta bestiam. et adoraverunt draconem, quoniam dedit potestatem bestiae ; **4** et adoraverunt bestiam dicentes : quis similis bestiae ? aut quis poterit cum ea pugnare ? **5** et datum est ei os loqui magna blasphemia ; et data est ei potestas facere menses quadraginta duos. **6** denique aperuit os suum in blasphemiam ad Deum, blasphemare nomen eius et tabernaculum eius, et eos qui in caelo habitant. **7** et datum est ei facere bellum cum sanctis, et vincere eos ; et data est ei potestas super omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem ; **8** et adoraverunt eum omnes habitantes terram, quorum non est scriptum nomen in libro vitae Agni occisi ab origine mundi. **9** qui habet aures, audiat. **10** si quis in captivitatem vadit ; si quis eum in gladio occiderit, utique captivum, in gladio occidetur. hic est patientia et virtus sanctorum [Ap 13,1-10].

[fol. 163r° a]

**INCIPIST EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.**

**Et** <sup>102</sup> **uidi ascendentem bestiam de mari** [Ap 13,1]. Supra enim dixit ascendentem bestiam de abisso, nunc dicit de mari <sup>103</sup>. Haec duae bestiae, una est. Mare et abyssus, unum est, de qua <sup>104</sup> dixerat ascendere istam bestiam. Quod est mare hoc abissus hoc bestia. Ergo populum uidit de populo ascendentem, id est nascentem, sicut flos de radice, ascendit, sicut herba uenenosa cum hyeme moritur, uerno tempore ex ipso semine renascitur, sic homines mali cum sint suo tempore moriuntur, et ex ipsis alteri mali qui eos immitentur nascuntur. Sic enim Iohannes Bapstista dixit Iudeis : proienies uiperarum. Quia sicut de uiperis nascuntur uiperę, sic aetiam de hominibus malis <sup>105</sup> homines mali qui eos in opere temptent, licet carne non sint filii, imitantes <sup>106</sup> filii dicuntur. Sic enim dicimus <sup>107</sup> filios diaboli, imitando diabolum, sicut filios sanctorum, et semen sanctorum imitando sanctos, et dicimus filios Dei, imitando Deum. Ita

102. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

103. mare corr. en mari.

104. quo corr. en qua.

105. Homines malos corr. en hominibus malis.

106. imitan séparé de tes par une déchirure du parchemin.

107. dici séparé de mus par la déchirure du parchemin.

intelligendum<sup>108</sup> est bestiam ascendere de abisso ascendere de mari<sup>109</sup>, ascendere de terra, hoc totum una bestia est.

Solum diabolus qui proiectus est de celo id est serpens antiquissimus numquam de hoc mundo ut homo pertransit, sed in officio et opere<sup>110</sup> unus cum bestia [fol. 163r° b] est. Et bestia non in uno loco requiratur, quia omni<sup>111</sup> mundo est. Sed quia per reges haec bestia regitur, proinde de regno Romanorum qui pene omnem mundum suae dicioni subiugavit<sup>112</sup>, pro hoc in finem mundi per decem cornua et septem capita cum Antichristo in toto orbe regnare dicitur. Haec est bestia terribilis, que<sup>113</sup> in Daniele mirabilis et fortissima<sup>114</sup> describitur dentes ferreos habebat magnos comedens atque comminuens et reliqua pedibus suis conculcans. Quartum quod nunc orbem tenet imperium romanum est de quo<sup>115</sup> in statua dicitur tibię eius ferreę, pedum quedam pars ferrea, quedam fictilis. et tamen ipsius ferri ex parte meminit, dentes eius ferreos, et manus esse contemptans. Satisque miror quod tres bestias, leenam, ursum et pardum, id est in leena caput aureum, quod<sup>116</sup> est regnum Babilonium.

In urso pectus et brachia de argento, quod est regnum Persarum et Medorum.

In pardo uenter et femora ex ere, quod est regnum Macedonium. Romanorum regnum, nulli bestię comparatur<sup>117</sup>, sed terribile solummodo dixit.

Nisi forte ut timidam et metuendam faceret bestiam, uocabulum tacuit, ut quicquid ferocius cogitauerimus in bestiis, hoc Romanos intellegamus.

Dum uno imperio Romanorum omnia simul regna cognoscimus, que prius fuerant reparata. Illud autem quod [fol. 163v° a] sequitur comedens atque comminuens et reliqua pedibus suis conculcans, significat omnes gentes, uel interfectas ab eis, uel tributo subiugatas. **Et habebat cornua decem** [Ap 13,1]. Decem reges enumerat, qui fuerunt breuissimi<sup>118</sup>. Ipsosque reges non unius ponet regni uerbi gratia Macedoniae, Sirię, Asiae, et Egipti, et diuersis in toto mundo regnis, unum efficit regnum. Siue hæc<sup>119</sup> decem cornua decem reges dicimus, per quos facta sunt in eorum persecutione cuncta martirum caterua. Ita credamus tipice decem reges esse futuros in finem mundi, inter quos Antichristus, tribus occisis, cum septem erit regnaturus, quos<sup>120</sup> nunc septem capita nominat. Haec bestia terribilis et ceteris bestiis dicitur dissimilis; sed Agnus adueniens, aduersus eam in certamine surgens, moriens prædam excussit. Et hic agnus et bestia, nunc contrarii esse uidentur in Aecclesia. Bestia autem generale nomen est, contraria Agni, sed in narratione pro locis intellegendum est,

---

108. intellegendum *corr. en* intelligendum.

109. mare *corr. en* mari.

110. opera *corr. en* opere.

111. omnino *corr. en* omni.

112. subiugabit *corr. par exponctuation du b et v suscrit.*

113. qui *corr. en* que.

114. us *final corr. en* a.

115. uo *écrit sur des lettres grattées.*

116. o *suscrit et d écrit sur des lettres grattées.*

117. compararet *corr. en* comparatur.

118. b *initial ajouté d'une autre encre.*

119. hanc *corr. en* hæc.

120. quod *corr. en* quos.

qualem partem bestię dicat, cum et ipsa bestia unum corpus est, sed distincta multa membra habeat.

Aliquando enim diabolus dicit bestiam aliquando corpus eius, quod sunt infideles, id est sine bap̄tismo, aliquando unum ex capitibus ipsius bestię, quod quasi occisum resurrexit, quod est imitatio uere fidei, id est Christianos intra Aecclesiam malos, aliquando p̄r-[fol. 163v° b]-positos solos dicit bestiam, id est ep̄iscopos uel sacerdotes, qui carnaliter intra Eccclesiam uiuunt, tota haec membra unum corpus est. Nunc ergo bestiam ascendentem de mari, corpus diaboli dicit.

**Habentem cornua decem et capita septem, et super cornua eius decem diademata, et super capita** <sup>121</sup> **eius nomen blasphemię** [Ap 13,1].

Cum his cornibus et capitibus suis, uisus est draco in cęlo, id est in Eccclesia. Quod autem dicit super capita <sup>121</sup> eius nomen blasphemiae, hoc intellegendum est quod homines mali et amatores mundi, reges suos deos appellant, et non Deum qui fecit omnia et cuius sunt omnia, sed reges suos tam uiuos quam etiam mortuos laudant, et ueluti in cęlum atque inter sanctos translatos esse, existimant. Alio namque loco nomen blasphemię dicitur, cum se intra Eccclesiam <sup>122</sup> persecuntur.

**Et bestia quam uidi similis erat pardo, et pedes eius sicut ursi, os eius ut leonis** [Ap 13,2]. Pardo propter uarietatem <sup>123</sup> gentium simulauit. Vrso, propter malitiam et uesaniem. Leoni propter <sup>124</sup> uirtutem corporis et lingue superbiam. **Et**

**dedit ei draco uirtutem** <sup>125</sup> **suam et sedem suam** [Ap 13,2]. Draco potestatem dedit bestię, quia intra Eccclesiam habet falsos fratres qui Aecclesia uidentur esse

et <sup>126</sup> non sunt. Et per eos diabolus opera sua exercet, quos in Aecclesia uult decipere, propterea dixit Aecclesię : *Scio ubi habitas, ubi sedes est Sathanę* <sup>127</sup> [Ap 2,13] ipsi decipiunt simplices in omni uirtute et signis et prodigiis mendaciis qui pereunt [fol. 164r° a] sicut dicit : **Et uidi unum ex capitibus eius quasi occisum in**

**morte, et plaga mortis eius curata est** [Ap 13,3]. Iam supra in bestia septem capita diximus, istud <sup>128</sup> uero octauum <sup>129</sup> est. Ipse est quem diximus qui sub nomine sanctitatis Aecclesię uidetur esse, sed in Ecclesia <sup>130</sup> non est, qui hunc <sup>131</sup>

simulacrum sibi diabolus adinuenit, ut sub nomine religionis, religiosos decipiat. Hunc caput dicit *quasi occisum in morte, et plaga mortis eius curata* [Ap 13,2], id est quasi Christum crucifixum sequantur, et crucifixi non sunt, quia non pro Deo, sed pro saeculi honore <sup>132</sup> portant crucis Christi laborem.

Ostendit, quia octauum <sup>133</sup> est sed <sup>134</sup> tamen ex septem est ipsud <sup>135</sup> figmentum, nec separatur ab ipsis capitibus, licet ipsa bestia cum cęteris sanctis <sup>136</sup> una credat, et

121. e final corr. en a d'une encre noire.

122. dicunt gratté après ecclesiam.

123. ua séparé de rietatem par la déchirure du parchemin.

124. pro séparé de pter par la déchirure du parchemin.

125. uirtu séparé de tem par la déchirure du parchemin.

126. aecclesia gratté après et.

127. h suscrit.

128. iste corr. en istud.

129. us final corr. en um par grattage et tilde.

130. e final corr. en a.

131. hanc corr. en hunc par u suscrit de la même main sans suppression du a.

132. s final gratté.

133. octaua corr. en octauum par um suscrit sans suppression du a.

134. ueritate gratté après sed.

135. ipsum corr. en ipsud.

illud dicat se habere caput Christum, qui <sup>137</sup> *habet plagam de gladio et uixit* [Ap 13,14], id est qui mortuus est et resurrexit, ueritate tamen ex septem octauus est. **Et mirata est omnis terra secutam bestiam** [Ap 13,3]. Tales habet diabolus intra Aecclesiam, qui deforis in uestitu ouium apparent iusti, et deintus sint lupi rapaces. Proinde cum malis hominibus qui aperte mali sunt non deprehenduntur, sed sancti extimantur, quia cum eis una conexione et una actione coniunguntur, et hoc <sup>138</sup> habet diabolus intra Eccclesiam et populum, sub nomine sanctitatis, mediatorem <sup>139</sup>. Proinde fecit translationem nominum ne diceret mirata bestia, secuta bestia. Ac si diceret. Si [fol. 164r° b] aperte mali fuissent, bestia uideretur esse. Sed quia sanctitatem simulat, eo quod quasi benedictionem in populis ministrant <sup>140</sup>, proinde dicit mirata est omnis terra secutam bestiam. Terram hoc loco, carnalem populum dicimus, quia cęlum Aecclesiam diximus. Miratus ergo omnis populus suus super sacerdotes suos sibi similes secutus bestiam, id est diabolum uel ipsum simulacrum quod illis diabolus inuenit, ut sub nomine capitis uere occisi et uiuentis, id est Christi, suos socios faciat.

Spiritus dicit bestiam uerum illi non factis, sed lingua Christum se dicunt sequi.

**Et adorauerunt draconem, quoniam dedit potestatem bestię** [Ap 13,4]. Illi <sup>141</sup> lingua <sup>142</sup> dicunt adorare se Dominum, qui dedit potestatem Christo, id est Christum, cognoscunt in carne uenisse. Bestię <sup>143</sup> enim deinceps caput illud <sup>144</sup> quod uelut occisum in morte dicit. Et nota, quia non occisum dicit, sed quasi occisum, quia Christum non secuntur in passione, sed solum nomine, sancti uolunt esse, proinde dicit, caput quasi occisum. Tunc translationem fecit nominis a toto corpore ad caput, cum bestię terrae nomen dedit dicens : *et mirata est omnis terra secutam bestiam* [Ap 13,3]. Ipsud <sup>144</sup> caput qui sunt sacerdotes quod <sup>145</sup> inter septem octauum diximus, ipsud <sup>144</sup> mirantur et secuntur populi, ut aperte intelligas <sup>146</sup> quod ipsud <sup>144</sup> caput dicat bestiam, et ipsam bestiam terram. Et ut iam dictum est, pro locis <sup>147</sup> intellegendum est. **Et adorauerunt bestiam dicentes : quis similis** [fol. 164v° a] **bestiæ, aut quis poterit pugnare cum ea ?** [Ap 13,4] Illi dicunt quis similis Christo, aut quis illum potest uincere lingua profitentur, sed factis bestiam secuntur. **Et datum est ei os loqui magna blasphemię** [Ap 13,5].

Hoc omnibus generaliter dicit, hoc est toto corpori <sup>148</sup>. Datum est illi scripturarum ęloquentię lingua et os magnificandi et iactandi se uel cęlestia loquendi. Blasfemiam uero dixit datam, cum non aperte surgunt contra Aecclesiam, cum

136. cęteros sanctos *corr. en cęteris sanctis.*

137. quod *corr. en qui avec i suscrit.*

138. hos *corr. en hoc.*

139. es *final corr. en em.*

140. n *suscrit avant le t final.*

141. in *gratté devant lingua.*

142. m *final gratté.*

143. bestia *corr. en bestiæ.*

144. t *final corr. en d.*

145. quem *corr. en quod.*

146. intellegas *corr. en intelligas.*

147. loco *corr. en locis.*

148. dixit *gratté apręs corpori.*

qua<sup>149</sup> unum<sup>150</sup> se dicunt esse, et cum se Dei filios dicunt, Dei filiis<sup>151</sup> insidiantur. **Et data<sup>152</sup> est ei potestas facere mensebus<sup>153</sup> quadraginta duobus** [Ap 13,6]. Hic de solis quadraginta duobus mensibus dixit, quod sunt anni tres et menses sex de Antichristi regno, et nunc in pace sub religione contra Aecclesiam militant<sup>154</sup>, quod tunc in pugna aperto ore dicant. *Denique aperuit os suum in blasfemia ad Deum* [Ap 13,6].

Ante enim per tres annos et dimidium maiores, quos supra diximus a passione Domini usque ad Antichristum, non aperto ore blasphemant, quia semper Aecclesia a malis omnibus uidebatur esse. Non aperto ore blasphemabant Eecclesiam, sed sub nomine sanctitatis in ministerio facinoris; ac<sup>155</sup> tamen dum tempus uenerit Antichristi, cum facta fuerit dissensio, id est aperte separata fuerit Aecclesia, et reuelatus fuerit in toto mundo homo peccati, tunc nudabitur et aperietur<sup>156</sup> et intelligetur<sup>157</sup> [fol. 164v<sup>o</sup> b] et cognoscetur<sup>157</sup> illud quod ante sub religione occulto ore ad Deum loquebatur blasfemias. Nam modo quasi catholica loquitur. Sic enim loqui Deus dicit malos ad Deum, ut seducant: Stultus stulta loquitur, et cor eius uana intelliget<sup>158</sup>, ut perficiat scelestia, et loquatur ad Deum reductione<sup>159</sup> ut dispergat animas esurientes, et animas sitientes inanes fatiat. Quis loquitur ad Deum seductione, nisi qui ad<sup>160</sup> hoc simulat se Deo seruire, ut decipiat. Ad Deum enim locuntur, qui sanctam ueram catholicam locuntur, sed ad hoc locuntur, ut possint simplices et incautos per haec uerba seducere, mandatorum Christi inmemores, qui facta habent Fariseorum, et per haec uerba cathedræ<sup>161</sup> Moysi adplicantur, et primas catedras et primos honores concupiscunt, ut ab hominibus magistri nuncupentur. Sic et cum foras exierint, aperte blasphemabunt<sup>162</sup> eos quos solebant occulte blasphemare, sicut dixit: *Aperuit os suum in blasfemiam ad Deum, blasphemare nomen eius et tabernaculum eius et eos qui<sup>163</sup> cęlo inhabitant* [Ap 13,6]. Tabernaculum in itinere est, domus uero in habitatione. Ergo tabernaculum serui Dei sunt qui ad cęlestia festinando, in hoc mundo nichil cupiunt habere, cęlum Eecclesia est, quid sit tabernaculum Dei, exposuit dicens: eos qui<sup>163</sup> cęlo inhabitant, et in his subauditur. *Aperuit os suum, quia semper blasfemat<sup>164</sup> eos, qui<sup>163</sup> cęlo inhabitant*, [fol. 165r<sup>o</sup> a] id est eos qui<sup>165</sup> purę Christum sequi desiderant. Sed non ut dictum est aperto ore, nam dicunt, isti non sunt sancti quos uidemus, sed

---

149. quasi corr. en qua.

150. uni corr. en unum.

151. filios corr. en filiis.

152. datum corr. en data à l'encre noire.

153. menses corr. en mensebus (sic).

154. meditant corr. en militant.

155. h initial effacé.

156. e ajouté en interligne devant i.

157. itur corr. en etur.

158. intellegit corr. en intelligit.

159. reducti séparé de one par un défaut du parchemin.

160. quia corr. en qui ad par d écrit en interligne.

161. a final corr. en æ.

162. sed gratté devant eos.

163. in gratté après qui.

164. bi supprimé avant le t final.

165. quos corr. en qui.

ipsi sunt sancti solum perfecti, qui in cubiculis inclusi tenentur, aut in heremo, aut in solitudine morantur.

Nam istos meliores <sup>166</sup> nobis esse non prospicimus. Haec ut diximus, a deceptione locuntur, qualiter simplices et ignaros decipiant, qui fortasse aliquando boni esse debuerant sicut dicit : **Et datum est ei facere bellum cum sanctis, et uincere eos** [Ap 13,7]. Hos quos supra diximus simplices quos decipiunt, qui adhuc boni credebantur, iam uicti sunt <sup>167</sup>, et quia <sup>168</sup> ignorantia cecati sunt, lucem et tenebras iam unum esse pronuntiant, id est Aecclesiam et Sinagogam unam habere uitam extimant, quia iam aperte decepti et cum bestia corporati, in tenebris ambulant <sup>169</sup>. **Et data est ei potestas super omnem tribum et populum, et linguam, et adorauerunt eum omnes habitantes terram** [Ap 13,7].

Omnes dixit et habitantes <sup>170</sup> terram ipsam <sup>171</sup> quam supra diximus, id est carnales. Nam celum Aecclesia est, et diabolus bestiam <sup>172</sup> adorant <sup>173, 174</sup> habitantes <sup>170</sup> terram sicut dicitur : **Quorum non est scriptum nomen eius in libro uitae Agni occisi, ab origine mundi** [Ap 13,8]. Unum corpus pro multis membris intelligimus. Supra dixit : adorabunt eum omnes habitantes terram. Hanc terram diabolus habet corpus, [fol. 165r° b] quia nomen diaboli non est scriptum in libro uitaē Agni, sic et de toto corpore eius cum eo signati ab origine mundi.

Quoniam priusquam esset agnus, id est Aecclesia, signatus est in uita presenti <sup>175</sup> Dei. De Agno agit et bestia quę ab origine mundi non est scripta in libro uitaē cum Agno : **Qui habet aures audiat** [Ap 13,9].

Quotiens Spiritus ea dicit, qui aliter quam dicuntur intelligenda <sup>176</sup> sunt, ita concludit : **Qui habet aures audiat**, id est qui aures cordis habet intellegat. Et si iam cum Christo resurrexit nichil requirat in terra, sed quę sursum sunt <sup>177</sup> querat, necdum terrena sectetur, captius a celo, infernum mergatur, sicut dicit : **Si quis in captiuitatem uadit, si quis eum gladio occiderit, utique captium in gladio occidetur. Hęc est patientia, et uirtus sanctorum** [Ap 13,10].

Qui sunt captiui, nisi hii qui a dracone et bestia sunt decepti ? Omnis enim qui captium ducit, si eum occiderit, non bellatorem sed captium occidit.

Haec est seductio quam <sup>178</sup> supra diximus que <sup>179</sup> fit in Aecclesia per sacerdotes nequissimos, qui se simulant Deo seruire ut simplices decipiant, ut sibi sequaces adquirant, cum et ipsi unum sint cum bestia. Descripta generaliter bestia in ypocrisin, id est in simulatione sanctitatis. Deinceps uero alteram bestiam descripturus est aperto ore blasfemię in solis prepositis, id est [fol. 165v° a] in

166. a gratté devant nobis.

167. a tota parte, quod uinci potest gratté après sunt.

168. Tout le début de la ligne gratté jusqu'à et.

169. ent final corr. en ant.

170. in gratté devant terram.

171. terram gratté après ipsam.

172. non gratté devant adorant.

173. n ajouté en interligne devant le t final.

174. sed solum gratté devant habitantes.

175. in presentia corr. en presenti.

176. intellegenda corr. en intelligenda.

177. est corr. en sunt.

178. quem corr. en quam.

179. qui corr. en que.

episcopis. Similiter ypocrisin, non occulta, sicut supradiximus, in bestia quam<sup>178</sup> descripsimus, sed aperto ore reuelata<sup>180</sup>.

**INCIPIST STORIA TERTIAE BESTIÆ.**

**Et**<sup>181</sup> uidi aliam bestiam ascendentem de terra, habebat cornua duo agni similia, et loquebatur quasi draco, et omnem potestatem prioris bestię fatiebat in conspectu eius, et facit terram et eos qui in ea habitant, adorare bestiam illam priorem, cuius curata est plaga mortis eius, et facit signa magna,<sup>182</sup> et ignem fatit<sup>183</sup> de celo descendere in terram in conspectu hominum, et seducit eos qui<sup>184</sup> terram inhabitant, per hec signa que data sunt ei facere simulacrum bestię, sicut habet plagam gladii et uixit.

Et datum<sup>185</sup> est ei dare spiritum simulacro<sup>186</sup> bestię. Et fatiet ut quicumque non adorauerint simulacrum bestię occidantur. Et facit omnes minimos et magnos et diuites et pauperes et liberos et seruos, ut dent ei notam super manum eorum dexteram, aut super frontes eorum. Et ut ne quis possit uendere aut emere, nisi qui habuerit notam, aut nomen bestię, aut numerum nominis eius [Ap 13,11-17].

**EXPLICIT STORIAE.**

[fol. 166r°] **Illustration : La Bête qui surgit de la terre** (Ap 13, 11-17) :

La Bête est représentée sur trois bandes de couleurs : BESTIA ASCENDIT DE TERRA ABENS CORNUA AGNI SIMILIA.

[166r° a]

**INCIPIST EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIÆ.**

**Et**<sup>187</sup> uidi aliam bestiam, ascendentem de terra [Ap 13,11]. Iam supra exposuimus mare et terram homines esse, id est corpus diaboli. Aliam bestiam dixit ascendere de terra. De terra quippe ascendere est, de terrena gloria superbiere.

Quod est mare, hoc et terra. Sed aliud<sup>188</sup> ait mare, aliud terra. Mare fluctuat, terra quieta est. Mare est populus aperte malus.

Terra sunt<sup>189</sup> episcopi, sacerdotes et religio falsa, qui sub nomine sanctitatis non uidentur in saeculo fluctuare, sed quasi quiete se agere, et Aecclesiam simulare, sed Ecclesia<sup>190</sup> non sunt quia eam iam in hac bestia aperto ore blasphemant, quam<sup>191</sup> in supradicta bestia occulto [fol. 166r° b] ore blasphemabant. Et illa habet capita septem, et ista una est. Sed de ipsis septem capitibus est quod<sup>192</sup> supra diximus octauum capud<sup>193</sup> quasi occisum, id est quasi sub Christo

180. o final corr. en a.

181. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

182. ut gratté devant et.

183. a gratté devant le t final ; lire facit.

184. in gratté devant terram.

185. data corr. en datum.

186. um final corr. en o.

187. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

188. aliut corr. en aliud.

189. est corr. en sunt.

190. m final gratté.

191. quem corr. en quam.

192. quem corr. en quod.

193. caput corr. en capud.

crucifixum. Sed quia in bestia octauum caput esse uidebatur, eo quod Aecclesiam occulte blasphemabat.

Iam in hac bestia aperte blasphematur, quod occulte solebat blasphemare. Et quia supra de mari <sup>194</sup> et dracone exposuimus et bestia, et unum esse diximus, adhuc restat, ut aliquid disseramus qualiter ista que exponimus demonstremus. Quid uero appellatione maris, nisi corda carnalium timidis cogitationibus fluctuosa? Quid autem draconis nomine, nisi anticus ostis exprimitur? Qui dum mentes saecularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubricas cogitationes [fol. 166v° a] natatur. Bene ergo dicitur, *uidi ascendentem bestiam de mari*, et istam dicit *ascendere de terra* [Ap 13,11], que cum ipsa est una. Et inter Agnum et bestiam priorem stat media ut decipiat, et Agnum simulat, ut Agnum inuadat. Sepe enim dominari melioribus concupiscit, sed tamen ei diuino iudicio cuncta mirabiliter disponente <sup>195</sup> subtrahitur pro explendis uoluptatibus carnis; longeuitatem uitae presentis cupit, sed tamen ab ea sub celeritate rapitur. De qua per psalmistam dicitur: Statuit aquas quasi in utre. Aquae quippe in utre sunt, cum lubrico <sup>196</sup> eius desiderio <sup>196</sup> quo <sup>196</sup> nocere Agno desiderat, operis effectum non inuenit, sub carnale corde deprimitur. Et bestia de terra, prepositi mali sunt in Ecclesia, qui suis uoluntatibus traditi falsa de corde suo prophetant. Haec bestia que <sup>197</sup> factura est signa, et portenta et mendata ante illum in conspectu hominum, antequam ueniat Antichristus. **Et habebat cornua duo, agni similia** [Ap 13,11]. Id est duo testamenta, Legem et Eꝰuangelium, per que prophetare se simulat, ut inter suos Agnum se preferat. **Et simulabat speciem iusti hominis, et loquebatur quasi draco** [Ap 13,11]. Loquitur autem, diaboli malitia plenus. Hic facturus est signa in conspectu hominum, ut et mortui uideantur surgere, id est per eius preꝑdicationem quasi multi uideantur [fol. 166v° b] conuertere, sed in conspectu hominum.

Haec est illa seductio, ut se <sup>198</sup> Agnum preferat, quo draconis uenena latenter inserat. Agni enim similis non esset, si aperte ut draco loqueretur. Nunc Agnum fingit quo Agnum securum deuoret.

Ad Dominum loquitur, quod Deum querentes, a uia ueritatis auertat. Propterea Dominus admonet Aecclesiam suam, sic ait:

Cauete a pseudoprophetis, qui ueniunt ad uos in uestis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Lupi quid significare uideantur, debemus aduertere.

Bestie namque sunt qui insidiantur ouilibus, circa pastorales uersantur caulas, habitacula domorum intrare non audent. Somnum canum, absentiam aut pigriciam pastoris explorant; ouium guttur inuadunt ut cito strangulent. Feri rapaces idemque natura corporis rigidiores <sup>199</sup>, ut se facile non possint inflectere, impetu quodam suo feruntur, et ideo semper leduntur.

Tunc praeterea si quem priores hominem uiderint uocem eius quadam nature ui feruntur eripere. Si autem homo prius eos uiderit, exaudita rememoratur, et ideo cauendum michi est nisi in odierno tractatu. Spiritualium misteriorum gratia non

---

194. mare corr. en mari.

195. di séparé de sponente par un défaut du parchemin.

196. a final corr. en o.

197. qui corr. en que.

198. ad Dominum corr. en ut se.

199. is final corr. en es.

potuerit refulgere, lupi me prius uidisse credantur, et sollemne uocis extorsisse auxilium.

Nonne lupis istis qui aperte contra Ecclesiam surgunt, iam heretici comparandi sunt qui insidiantur ouilibus Christi. Fre-[fol. 167r° a]-munt circa caulas, nocturno magis tempore quam diurno. Nocturno quia inter ignorantes prædicant, quod per diem facere non possunt, quia a sapientibus deprehenduntur. Nox ignorantia est, [et dies]<sup>200</sup> sapientia, semper enim perfidis

*[Déchirure : Le parchemin a sans doute été déchiré pour retirer l'image qui, au verso, devait représenter Le coq et le renard (image n° 48) : Texte manquant d'après Sanders, p. 485] :*

nox est, qui lucem Christi scaevae nebulis interpretationis obducere et, quantum in ipsis est, fuscare conantur. versantur ergo circa caulas, id est, circa septem ecclesias. stabula tamen Christi intrare non audent, id est, in ecclesia, quae lux est, intrare non praesumunt. **20** et ideo non sanantur, quia in stabulum suum non vult Christus eos inducere, in quo curatus est ille, qui de Ierusalem

descendens, incidit in latrones. Quem uulneribus alleuatis infuso oleo et uino inponens in iumentum suum Samaritanus ille, id est Christus in corpore suo, duxit in stabulum, et sanandum stabulario, id est episcopo<sup>201</sup>, Spiritu Sancto dereliquit. Non accipiunt ergo medicinam, qui medicum non requirunt. Si enim requirerent, non aperte detraherent<sup>202</sup>. Explorant pastoris absentiam, et ideo pastores ecclesiarum, uel occidere uel in exilium mittere contendunt, quia praesentibus pastoribus, oues Christi deuorare non possunt. Spoliare ergo gregem Domini raptò pastore conantur, quia corporea atque carnea, quia non spiritualia mentis intentione, sed duri ac rigidi nequaquam solent a suo errore [fol. 167r° b] deflectere. Et ideo Apostolus ait : hereticum hominem post unam correptionem deuita sciens quia subuersurus est qui eiusmodi est. HOs<sup>203</sup> scripturarum uerus interpres Christi inludit, ut inanes, suos in uanum effundant impetus, et nocere non possint. Qui si quempiam uersuti disputationis suae circumscriptione<sup>204</sup> præuenerint, fatiunt obmutescere. Mutus enim est<sup>205</sup>, qui Verbum Dei non eadem qua est gloria confitetur. [Ca]ue<sup>206</sup> ergo ne tibi uocem tollat hereticus, si prior eum non ipse depre[h]enderis. Serpit enim cum latet [eiu]s perfidiam. Si autem fraudem impietatis eius agnoueris<sup>207</sup>, iacturam pie uocis timere non poteris. Caue igitur uersute disputationis ueneno. Animam petunt.

Guttur inuadunt, uitalibus uulnus infigunt. Graues sunt morsus hereticorum, qui ipsis grauiores et rapaciores bestiis nullum auaritiæ finem impietatisque nouerunt.

200. Déchirure du parchemin ; restitué d'après Sanders.

201. i final corr. en o.

202. h suscrit.

203. h ajouté d'une autre main devant O rehaussé de couleur..

204. is final corr. en e.

205. est ajouté en interligne.

206. Lettres disparues au début de cette ligne et des suivantes par la déchirure du folio.

207. Un second agnoueris a été gratté en fin de ligne.

Nec usu <sup>208</sup> moueant, quod formam pręterendere uidentur humanam.

Et si foris homo uidetur, intus bestia fremit. Bene ergo Dominus dixit : ueniunt ad uos in uestitu ouium, intus sunt lupi rapaces ; ex fructibus eorum cognoscetis eos. Si quis ergo specię mouetur, fructum interroget. Audis aliquem sacerdotem dici, rapinas eius agnoscis.

Vestitum habet ouis, facta prędonis. [fol. 167v° a]

Foris autem ouis, intus lupus est, qui modum habet rapinarum. Tamquam in nocte Sciti quo membra durato <sup>209</sup> gelu. Cruento <sup>209</sup> ore <sup>210</sup> circumuolat, querens quem deuoret. Non uobis uidetur lupus, qui humane mortis insaturabili <sup>211</sup> crudelitate, fidelium morte populorum rabiem suam desiderat <sup>212</sup> explere. Ululat iste, non tractat, qui neg[at] <sup>213</sup> uocis auctorem. Iste est qui cum dis[ci]pulus cupiebat esse, et non simplic[iter], sed fraudulenter, Domino ait : Magister, sequar te, quocumque ieri[s]. Ad quem Dominus dixit : Vulpes [fo]ueas habent, et uolucres cęli nido[s], Filius hominis non habet ubi caput suum reclinet. Videbat mentem eius, more uulpis tortuosę <sup>214</sup> et uolucres, id est dęmonum <sup>215</sup> in eodem morantium <sup>216</sup>, sed Dominus non obsequiorum spetiem, sed puritatem querit affectus. Denique sic ait : Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, quo loco Dominus simplicitatem sine superbia docet caritatem sine inuidia <sup>217</sup>, deuotionem sine iracundia <sup>217</sup> esse debere. Nam pueri mens pręfectioris <sup>218</sup> afficit, recipienda suadetur. Qui dum puer sibi uindicat, nichil formam uirtutis exequitur, et si rationem facere nescit, culpam ignorat, tamen quia in multis non uirtus sed infirmitas uidetur, sine ratione simplicitas, ut tu ueram recipias admoneris. Et ideo ait :

Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Et qui me recipit, re-[fol. 167v° b]-cipit eum qui me misit. Qui immitatorem Christi recipit, Christum recipit, et qui imaginem Dei recipit, recipit Deum. Caput Christi Deus est, id est diuinitas, qui in tortuosa mente non habitat. Proinde quantum potest homo, sinceram exhibeat fidem, obser-

[**Dęchirure** : voir ci-dessus ; texte manquant d'apręs Sanders, p. 487 :

vantiam mandatorum religiosa mente custodiat, ne dicatur ei, *vulpes foveas habent*. **36** vulpicula enim fallax est animal

et insidiis semper intemptu, rapinam [fraudis] exercet. Nichil tutum, nichil otiosum, nichil patitur esse securum, quod inter ipsa hospitia <sup>219</sup> hominum <sup>220</sup> prędam requirit <sup>221</sup>. Hęreticos autem, uulpi <sup>222</sup> comparat. Denique cum gentes

208. uos corr. en usu.

209. us final corr. en o.

210. ora corr. en ore.

211. s final grattę.

212. n grattę devant le t final.

213. Lettres disparues à la fin de cette ligne et des suivantes par la dęchirure du folio.

214. uulpium tortuosam corr. en uulpis tortuosę.

215. es final corr. en um.

216. morantur corr. en morantium.

217. ę final corr. en a.

218. i suscrit devant oris.

219. h initial ajoutę dans la marge.

220. h initial ajoutę d'une autre main.

221. requirat corr. en requirit.

uocat, hereticos excludit. Duo discipuli uenerant, unus dixit : sequar te, alter dixit : dimitte me primum ire et sepelire patrem meum. Et Dominus ait : mortui sepeliant mortuos, tu me sequere, et uade, annuntia regnum Dei. Alteri dixit : Vulpes foueas habent, et ideo filius hominis <sup>223</sup> non habet ubi caput suum reclinet. Itaque ut intelligas <sup>224</sup> Dominum, non occultus bestiam <sup>225</sup> expellere, sed fraudem. Qui repudiauerit fraudulentum, elegit innocentem dicens : Sequere me. Sed hoc dicit ei, cuius patrem iam sciebat mortuum, id est diabolum, de quo [fol. 168r<sup>o</sup> a] dictum est ; obliuiscere, domum patris tui. Hoc illi non dixit, in quo uulpes habitare conspexit. Vulpis enim, plerumque fraudulentum est animal foueam parans, et in fouea semper latere desiderans. Ita sunt heretici, qui domum sibi parare non sciunt, sed circumscriptionibus suis, alios decipere conantur. Simplex, semper domum habitat. Hereticus uero in foueam est, tamquam fraudulenta uulpis. Gallinę illi aeuangelicę dolum, semper intendens. De qua scriptum est : Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina pullos suos, et noluisti. Ecce relinquetur domus uestra deserta. Merito foueas habent, quia domum quam habuerant perdiderunt. Hoc animal neque mansuescit aliquando, neque ulli usui est, aut cibo utile ; unde Apostolus ait : Hereticum post unam correptionem deuita, non enim de eo dicit Dominus ? Meus cibus est ut fatiam uoluntatem Patris mei qui in celo est. Qui <sup>226</sup> etiam Dominus eas a fructibus suis ligare mandat, dicens : Capite nobis uulpes paruulas, exterminantes uineas, hoc est quod minorem uineam, non maiorem exterminent. Et ideo Samson ad caudas harum <sup>227</sup> ligauit ardentes faculas, et dimisit in messes alienigenarum. Hoc significauit quod heretici fructus incendere conantur alienos. Bene ergo bestiae comparantur, cum alios deuastare non desinunt sicut dicit : **Loquebatur ut draco, et omnem potestatem prioris bestię fatiebat, in conspectu eius** <sup>228</sup> [Ap 13,12]. Prioris dixit supra-[fol. 168r<sup>o</sup> b]-dictę, quam uiderat ascendentem de mari, cui dederat diabolus potestatem suam magnam. Hanc potestatem dixit facere bestiam, in conspectu bestię ; hoc est episcopi uel sacerdotes mal[os] <sup>229</sup> quos describit, omnis potestas populi est. Sicut supra diximus, locustarum et equorum, in caudis. In conspectu autem bestiae dixit, quia <sup>230</sup> adstante populo faciunt episcopi uel presbiteri sacramenta distribuendo, que <sup>231</sup> diaboli uoluntatem proficiant <sup>232</sup> sub uelamento carismatis Aecclesię. **Et facit terram et eos qui in ea habitant adorare bestiam illam priorem, cuius curata est plaga mortis eius** [Ap 13,12].

---

222. uulpes corr. en uulpi.

223. quia abundauit iniquitas gratté après hominis.

224. intellegas corr. en intelligas.

225. bestium corr. en bestiam.

226. quin corr. en qui.

227. h initial ajouté en interligne.

228. eius écrit d'une autre main à l'encre noire sur plusieurs lettres grattées.

229. os final gratté par erreur.

230. i suscrit au-dessus d'une lettre grattée.

231. quod corr. en que.

232. n ajouté en interligne avant t.

Fecit iterum translationem nominum. Bestiam illam cum capitibus uocauit, terram, et caput eius bestiam. Dixerat enim capitis curatam plagam, de illa superiore ; de ista uero bestia dicit, cuius curata est plaga, quia illud <sup>233</sup> octauum caput, de illa ipsa <sup>234</sup> caput est ista bestia. Ostendit, quia omnes partes bestię bestiam uocat, quia in omni operatione suarum <sup>235</sup> diabolus est, qui est bestia. Ista ergo bestia que describimus cum duobus cornibus que et partem <sup>236</sup> eius bestię diximus. Facit ista bestia ut quos seduxerit <sup>237</sup> adorent illam bestiam, id est fatiant eius praecepta. Quia bestiam dixit terram, ut in caput ueluti occisum, id est quasi isti in passione secuntur Christum.

In officio et opere, bestię nomen transferret, nisi aperte mali fuissent diceret, facit bestiam adorare bestiam, quia in [fol. 168v° a] solo nomine christianitatis est, non <sup>238</sup> opere. Nam si aliud <sup>233</sup> est bestia, aliud <sup>233</sup> terra, cum bestia populi sunt. Terra quid erit? Terram autem et eos qui inhabitant eam, non sine magna ratione dixit. Nam si ratio non esse debuerat sufficeret, ut diceret terram et eos qui inhabitant terram, non sine magna ratione dixit. Sed uiolentia seductionis ostendit, et animam et corpus ibi tradidisse. Qui enim tradit <sup>239</sup> non seductus, solo corpore captiuus est. Qui autem seducitur, corpore <sup>240</sup> et anima qua <sup>241</sup> habitat in ipso corpore possidetur. Propterea dixit : *facit terram et eos qui inhabitant eam adorare bestiam, cuius curata est plaga mortis eius [Ap 13,12].* Intentius perspiciamus, Dominus noster Ihesus Christus habet plagam de gladio et uixit. Hic autem dixit *bestiam que <sup>242</sup> habet plagam de gladio et uixit [Ap 13,14].* Dicit adoratum draconem, adoratam et bestiam, cum solus draco adoretur in suis. Non enim sicut Aecclesia habet mediatorem corporaliter Christum inter Deum esse, non ita habet diabolus inter se et suos, sed solo nomine de imitatione Christi. Bestiam itaque quam <sup>243</sup> dixit cum duobus cornibus, que est corpus omnium malorum <sup>244</sup> sacerdotum ; inter diabolum et suos personam non habet quia in solo est uocabulo, quod dicunt se adorare Christum qui mortuus est et resurrexit, in quo uocabulo diabolum adorant. Qui [fol. 168v° b] hoc simulacrum suis adinuenit, et sub nomine sacerdotum malorum multa milia hominum ab Ecclesia excludat, et inferorum tartaro trudat. Ipse enim Sathanas <sup>245</sup> transfiguratur se uelud <sup>246</sup> angelus <sup>247</sup> lucis, ut sui <sup>248</sup> sacerdotes prosperitatem habeant <sup>249</sup> mundi, et a populo obtineant testimonium laudis, et illi populo promittent quietem

---

233. t final corr. en d.

234. ipse corr. en ipsa.

235. o corr. en a.

236. Lettres grattées après partem.

237. seduxerat corr. en seduxerit.

238. in gratté devant opere.

239. tradit ajouté en interligne.

240. et gratté devant corpore.

241. que corr. en qua.

242. qui corr. en que.

243. que corr. en quam.

244. omnibus malis corr. en omnium malorum.

245. h suscrit.

246. t final corr. en d.

247. um final corr. en us.

248. s final gratté.

249. a ajouté en interligne devant nt.

securitatis, ipse enim diabolus et sui<sup>248</sup> mediatoris locum implent, qui mediatorem non habent nisi simulacrum Christi. Ipsa simulatione dicit bestiam habere, plagam gladii et uiuere. Bestia enim que hoc nomine inter se suosque uersatur. Propterea si quando dicit adorare bestiam que habet plagam de gladio et uixit. Diabolum ostendit qui se transfiguratur in angelum lucis, qui uere habet plagam de gladio et uiuit, id est Christus<sup>247</sup>. Nos adoramus Agnum qui habet plagam de gladio et uiuit. Illi bestiam que<sup>250</sup> se abtat, in huiusmodi similitudinem. Tres itaque diabolus, bestia, uelut occisa, et populi duo sunt, mediante imagine. Et si quando mediam bestiam dicit adorari, in diabolum res cadit qui suum et huius medii hominis implet locum. Medium hominem dicit ipsos sacerdotes, qui sub nomine religionis Deo seruire simulant, et per uocabulum Dei, diabolum adorant. Nobiscum Christum qui mortuus est et resurrexit solo nomine communem habent et adorant et cum eis qui resurrexerunt [fol. 169r° a] dicunt<sup>251</sup> Christum, solum nomen adorant uerbis, factis autem negant. Diabolum adorant, qui habet plagam de gladio et uiuit, sed de imitatione<sup>252</sup> et de furto nominis quo se adorari prouidit, titulo<sup>253</sup> fallendi, quo possent et sui ministri se in apostolos Christi transfigurari. Sola causa ut<sup>254</sup> nos in seruitute redigant, et pro Deo uenerem colant. Alioquin, adhuc sub idolorum nomine, diabolo seruirent. Sed dicit aliquis: *Bestiam dixit, que habet plagam*, non illam que simulat habere. Scire ergo debet huius modi ex sensu, quod<sup>255</sup> loquitur scriptura. Sicut de Iudeis dixit, ipsi autem non intrauerunt in pretorium, ne contaminarentur sed ut ederent pasca. Non enim affirmauit<sup>256</sup> scriptura, potuisse inquinatissimos inquinari, si pretorium non intrassent.

Aut Iudei uere inquinare timuerunt tantorum scelerum conscii, quasi qui scirent Christum esse, quem negabant. Sed quid simulassent, quasi adfirmans retulit.

Sic et nunc *bestia que habet plagam de gladio et uixit* [Ap 13,14], ex sensu eorum locutus est. Ex suo enim sensu, Spiritus iam dixerat non occisum, sed quasi occisum.

*Et facit terram et eos qui inhabitant eam, ut adorent bestiam priorem, cuius curata est plaga mortis eius. Et facit signa magna, ut et ignem faciat de celo descendere in terram in conspectu hominum* [Ap 13,12-13].

Id est de Aecclesia, descendere Spiritum in homines. In terra enim bona dixit, ut sicut magi in oculis hominum signa fatiunt, ita et [fol. 169r° b] in conspectu hominum. Adstante enim populo datur Spiritus bapuzatis<sup>257</sup>, siue sacerdotibus<sup>258</sup> ordinandis<sup>259</sup>, siue reconciliandis, siue basilicas<sup>260</sup> sacrandis<sup>261</sup>.

---

250. qui corr. en que.

251. id est gratté après dicunt.

252. m final gratté.

253. titilo corr. en titulo par u suscrit sans suppression du i.

254. quo corr. en ut.

255. eius quem corr. en quod.

256. ad initial corr. en af.

257. bapuzandis corr. en bapuzatis.

258. Corr. sacerdotibus.

259. sacerdotes ordinandi corr. en sacerdotibus (sic) ordinandis.

260. baselicas corr. en basilicas.

261. sacratibus corr. en sacrandis.

**Et seducit eos qui** <sup>262</sup> **terra inhabitant** [Ap 13,14].

Vtique per haec signa, ueram ecclesiasticam seducit, et <sup>263</sup> eos non ut <sup>264</sup> in celestibus sed in terrenis habitent, suis factis adherere, in cubiculis et heremo, id est in occulto et in deserto. **Et seducit eos, qui habitant in terra** <sup>265</sup> [Ap 13,14]. Id est carnales <sup>266</sup> quos <sup>267</sup> bestia ut <sup>264</sup> probauimus seducit <sup>268</sup> per hæc signa sacerdotalia *que data sunt ei, facit* <sup>269</sup> *simulacrum bestię, sicut habet plagam gladii et uixit* [Ap 13,14]. Id est quasi sic fatiunt ut <sup>270</sup> Christus, qui mortuus est et resurrexit.

Per haec carismata seducit terrenos, ut <sup>271</sup> seipsos faciant <sup>272</sup> simulacrum bestiae.

**Et datum est ei dare spiritum simulacro** <sup>273</sup> **bestiae** [Ap 13,15]. Id est ipsi populo ut qui hanc falsitatem impleuerit et obseruauerit, bestię constituendo simulacrum ostendit, utrumque dare Spiritum. Vnum de carismate sancto, id est celesti <sup>274</sup>, alterum spiritum proprium discipulis <sup>275</sup> cathedrę Moysi; et <sup>276</sup> *ignem facit descendere de celo* [Ap 13,13]. Ignis de celo Spiritus Sanctus est qui descendit super apostolos, sicut in Actibus apostolorum legimus, et nota, quia duos spiritus dant. Vnum de celo, et unum de terra. In utroque spiritu babtizatur, et ex hoc babtismo, sancti in Sancto Spiritu proficiunt; proseliti uero ipsorum, id est quos decipiunt spiritum [fol. 169v<sup>o</sup> a] bestiae, ut sint filii gehennę et <sup>277</sup> ipsi proficientes in peius. Inducit reuelationem ipsius bestię dicens: **Et facit ut quicumque non adorauerit simulacrum bestię, occidatur** [Ap 13,15]. Simulacrum autem bestię pro locis <sup>278</sup> intelligimus sicut bestiam. Aliquando enim ipsum populum dicit simulacrum, id est quasi nomine christianum, quos signis seducunt <sup>279</sup> pseudoprophetę, id est ipsi sacerdotes. Aliquando ipsam similitudinem nominis Christi dixit simulacrum bestiae. Quia bestia, id est diabolus, inuenit hanc similitudinem, in qua ipse adoratur. Pseudo ergo prophetę qui sunt sacerdotes mali, certissime ipsi seducunt terrenos bestię simulacrum fieri, et faciunt <sup>280</sup> occidi si quis non adorauerit simulacrum bestię. Non illud <sup>281</sup> quod se dicunt <sup>282</sup> fieri, sed illud simulacrum cui similem populum

---

262. in gratté devant terram.

263. et ajouté en interligne.

264. ut ajouté en interligne.

265. m final gratté.

266. seducit gratté après carnales.

267. quem corr. en quos.

268. eos gratté après seducit.

269. facere corr. en facit.

270. quasi corr. en ut.

271. ut ajouté dans la marge.

272. facere corr. en faciant.

273. um final corr. en o.

274. em final corr. en i.

275. um final corr. en is.

276. et ajouté en interligne.

277. magis quam corr. en et.

278. loco corr. en locis d'une plume très fine.

279. fieri gratté après seducunt.

280. facient corr. en faciunt par u suscrit sans suppression du e.

281. simulacrum gratté après illud.

282. seducunt corr. en se dicunt.

fatiunt. Sicut in Euanġelio dictum est : Qui fecerit mandata Patris cęlestis, erunt similes Patris sui qui in cęlis est. Ita et qui uoluntatem diaboli fatiunt, similes illi sunt, et sub uno Christi nomine eius qui habet plagam de gladio et uixit. Qui est Dominus Ihesus Christus in sanctis suis, unum corpus. In <sup>283</sup> ypocritis uero bestia, que <sup>284</sup> hanc Christi inuentionem mentitur, similiter unum corpus est. Caput est Christus in suis, et diabolus in suis. Haec bestia cum duobus <sup>285</sup> cornibus facit, ut superioris <sup>286</sup> bestię simulacrum adoret, id est ut populus adoret diaboli <sup>287</sup> [fol. 169v<sup>o</sup> b] adinuentionem, hoc est sacerdotes suos, quos <sup>288</sup> caput quasi occisum in morte diximus. **Et facit omnes minimos et magnos, et diuites et pauperes, et liberos et seruos, ut dent eis notam super manum eorum dextram aut super frontes eorum** [Ap 13,16].

Hoc enim ad ministerium pertinet, id est sacramentum describit facinoris ; supra dixit faciet quicumque non adorauerint, et hic dicit faciet omnes minimos.

Haec fatiet, et facit. Et futurum dicit quod tempore Antichristi aperte factum erit, et nunc spiritualiter factum est. Sic denique miscuit tempus utrumque dicendo facit et fatiet.

Sancti enim qui sunt in Eccclesia, Christum accipiunt in manu <sup>289</sup> et in fronte. In manu, operatio intelligitur sanctorum. In fronte, cognitio est operis Christi quem secuntur, et qui credunt et qui operantur in Eccclesia manifestantur. Ypocrite autem e <sup>290</sup> contrario notam in manu et in fronte habent sub Christi nomine simulacri <sup>291</sup> bestię et in opere et in cognitione ostendit, preterea unam bestiam bicornem multos esse. Dum dicit facit, unam ostendit, et dum dicit, ut dent eis multos insinuat sed una est.

Magnum malum et non minimum damnum, quando unus pseudopropheta seducit <sup>292</sup> omnem <sup>293</sup> gentem, cum Dominus dicat : Multi pseudoprophete exurgent et seducent multos. Hęc spiritualiter in Eccclesia geritur, quod Antichristi tempore apertissime factum erit. Et quia bestię septem capita nuncupauimus, et octauum caput pseudosacerdotes diximus, nunc dignum est ut per ipsos [fol. 170r<sup>o</sup> a] reges qui Antichristum significauerunt, per eorum gesta cognoscendo Antichristum describamus.

*Capita septem huius bestię septem montes sunt in quibus mulier sedet, id est ciuitas romana, et sicut septem montes sunt, et reges sunt. Quinque cęciderunt, unus est, alius nondum uenit. Et dum uenerit, modico tempore oportet eum perseuerare. Et bestia que erat, et non est, et ipsa octaua est* [Ap 17,9-11]. Intelligi oportet tempus, quando scriptura Apocalipsis eđita est, tunc enim uisum est, quia tunc erat Cęsar Domitianus. Ante illum autem fuerat Titus frater illius, qui habuerunt patrem Uespasianum. Uitellius et Galba.

---

283. est corr. en in.

284. qui corr. en que.

285. o ęcrit sur une lettre grattęe.

286. es final corr. en is.

287. um final corr. en i.

288. quo corr. en quos d'une plume tręs fine.

289. s final grattęe.

290. hęę corr. en e.

291. um final corr. en i.

292. seducat corr. en seducit.

293. in grattęe devant omnem.

Isti sunt quinque qui ceciderant, quando haec uidit Iohannes. Vnus extat, sub quo scribitur Apocalipsis, id est Domitianus. *Alius nondum uenit.*

Neruam dicit. *Et cum uenerit breui tempore erit [Ap 17,10],* biennium non implebit.

Et bestia quam uidisti, inquit de septem est. Cum ante istos reges Nero regnauit <sup>294</sup>, et Octauus <sup>295</sup> est. Et ipsae <sup>296</sup> Octauus <sup>295</sup> Antichristum praefigurauit et uenturus <sup>297</sup> est.

Octauus <sup>295</sup> est et uenturus <sup>297</sup> est, aut modo cum illae <sup>298</sup> uenerit computes <sup>299</sup> locum <sup>300</sup> octauum <sup>300</sup>, et quoniam in illo est consummatio, proinde dicit : *Et in interitum uadit [Ap 17,11].* Nam decem reges quos supra descripsimus <sup>301</sup> quos in regno romano inuenerit, hos <sup>302</sup> reges accepisse regalem potestatem, quam Antichristus mouerit ab oriente, aut mittetur <sup>303</sup> ab urbe romana cum exercitibus suis. [fol. 170r° b] Hęc cornua, decem diademata Daniel ostendit, et tria eradicari de prioribus. Hoc est tres duces primarios ab Antichristo interfici, ceteros septem, dare illi <sup>304</sup> honorem, et consilium, et potestatem. De quibus hii meretricem odio habebunt urbem, scilicet romanam, et carnes eius comedent et ipsam exurent igne. Tanta signa et prodigia et miranda ostendebit Antichristus coram carnalium oculis. Ita, ut ignem de celo descendere fatiat, sed in conspectu hominum, et non uera signa sed falsa, sicut et odię magi per angelos refugas fatiunt, et simulabit castitatem et munditiam, cum impurissimus sit, et domum Domini in Iherusalem restaurabit, et faciet <sup>305</sup> ut imago aurea Antichristi in templo Iherosolimis ponatur, ut intret angelus refuga et inde uoces reddat. Faciet <sup>305</sup> aetiam hic <sup>306</sup> ipse Antichristus *ut accipiant serui et liberi notam in frontibus aut in manibus dextris [Ap 13,17],* numerum nominis eius, id est DCLXVI. Seducet <sup>307</sup> populum, qui ad similitudinem Christi dicit <sup>305</sup> : ego sum A et Ω, id est primus et nouissimus. Faciamus ergo numerum quem dixit, ut in numero inueniamus nomen uel notam. Numerus inquit eius est ACXY <sup>308</sup> quod sunt in numero, DCLXVI, quem facimus secundum Grecos, ACSYME, quia primitus, ut eum recipiant ad Asiam scribit. Ac ergo XY. Sic fiunt, DCLXVI que [fol. 170v° a] notę solutus numerus est. Redactę autem in monogramma et notam fatiunt, et nomen, et numerum, hoc signo, ✠ <sup>309</sup>.

In hęc monogramma conplet numerum nominis sui, quem faciet <sup>310</sup> in fronte et in manu dextera, quod sunt sub uno MCCCXXXV <sup>311</sup>.

294. regnabit *corr. en* regnauit.

295. Octaua *corr. en* Octauus.

296. ipsa *corr. en* ipsae.

297. a *final corr. en* us.

298. illa *corr. en* illae.

299. computa *corr. en* computes *sans suppression du a.*

300. o *corr. en* um *sans suppression du o.*

301. describimus *corr. en* descripsimus.

302. h *suscrit d'une autre main.*

303. mittetur *corr. en* mittetur *par u suscrit sans suppression du i.*

304. s *final gratté.*

305. facit *corr. en* faciet *par et ajouté en interligne.*

306. hinc *corr. en* hic.

307. bi *gratté avant le t final.*

308. c *suscrit.*

309. Grand chrisme sur deux lignes.

310. fe *initial corr. en* fa.

Tolle **xv** et remanent dies **MCCLX**<sup>311</sup>, quod regnaturus erit. Et quia supradiximus in monogramma **ꝛ** littera facere, quod est latine **MONO**, id est unum, **GRAMMA**, id est littera, quod in uno caractere complement nomen et numerum suum quem facit in fronte<sup>312</sup> aut in manu dextera **ꝛs** ergo **MITY**<sup>313</sup> id est contrarius Christo ; anti enim, contradicitur. Quia in Christo se simulabit esse ostensum. Ostensam similitudinem quam colit et cui se similem facit aduersitas. Ita faciebit hoc<sup>314</sup> signum in fronte aut in manu, ut *nemo possit emere aut uendere, nisi qui hunc signum habuerit* [Ap 13,17] in manu, aut in fronte. Aspernationem autem Dei et exacerbationem Daniel ante praedixerat. Sicut dicit : Statuit templum suum inter maria super montem inclitum et sanctum, id est Iherusalem ibi ponet imaginem auream, sicut fecerat Nabucodonosor, ut sicut diximus, nemo possit emere aut uendere nisi post characterem, hanc imaginem adorauerit. *Et fatiet*, [fol. 170v° b] *ut qui non adorauerit, occidatur* [Ap 13,15], et ab entione uideatur, quem licet occidere. Sic<sup>315</sup> ergo fatiet ut non possit mercari, *nisi qui habuerit nota aut nomen bestię aut numerum nominis eius* [Ap 13,17], id est nisi communicauerit notæ<sup>316</sup> aut nomini<sup>317</sup> bestię aut numero<sup>318</sup> nominis eius unum est supra. Denique notam solam dixit, ut dent eis in manum aut in frontem, postea per sinonima ostendit, et notam dici, et nomen et numerum nominis eius.

Hoc recolens Dominus, admonens ecclesias de nouissimis temporibus et periculis ait : Cum autem uideritis adspersionem quę dicta est per Daniele<sup>319</sup> prophetam stantem in loco sancto, qui legit, intellegat. Aspernatio dicitur quando exasperatur<sup>320</sup> Deus, quod idola pro eo colantur, uel docma hereticorum in ecclesiis introducitur.

Æuersio autem est quod instabiles et carnales homines, signis falsis et portentis seducti, a uera auertantur salute<sup>321</sup>. Vnum autem ex capitibus bestię que diximus supra, in pseudopropheta esse tamquam iugulatum ad mortem, et plaga mortis eius sanata est. Nero enim dicitur qui Antichristum praefigurauit, et quia Octauus<sup>322</sup> est ipse Antichristus est, qui nunc in<sup>323</sup> Aecclesiam per pseudosacerdotes subtiliter regnat, tunc aperte Ecclesiam deuastabit<sup>324</sup>, quia Iudęi Christum crucifixerunt, et pro Christo, Neronem Antichristum

*[Folio disparu : Le prélèvement une image non identifiée explique sans doute la disparition d'un ou peut-être deux folios entre les fol. 170v° et 171r° ; le texte perdu est restitué d'après l'édition de Sanders, p. 498-500] :*

311. Un i suscrit au-dessus d'un I traduit un M.

312. n suscrit.

313. Le M de MITY est une copie défectueuse de AN de ANT(I).

314. hunc corr. en hoc.

315. c suscrit.

316. nota corr. en notæ.

317. nomen corr. en nomini.

318. um final corr. en o.

319. um final corr. en em.

320. ex ajouté en interligne.

321. m final gratté.

322. octaua corr. en octauus.

323. in ajouté en interligne d'une autre encre.

324. uit final corr. en bit.

expectant. **101** hunc ergo suscitatum Deus mittere regem dignum dignis et Christum, qualem meruerunt Iudaei ; et quia non habebit nomen Nero antichristus, sed aliud nomen affecturus est, aliam etiam vitam institurus, quod sic eum tamquam Christum excipiant Iudaei, qui eis castitatem et munditiam simulet.

4. **102** Deinde ait Daniel : *desideria mulierum non cognoscet, cum prius fuerit impurissimus, et nullum Deum patrum suorum cognoscet.* non enim seducere poterit populum circumcisionis, id est, Iudaeorum, nisi legis sit vindicator. **103** denique et sanctos non ad idola colenda revocaturus, sed ad circumcisionem colendam. sic ergo quos potuerit seducere, ita post modum seductis faciet cognitos sibi, ut Christus ab eis appelletur, et multa munera sanctis deceptis largietur. **104** et terram suo exercitui dividet, et quos per terrorem non potuerit subiugare, blandiendo subiugabit per munera. de inferno autem illum surgere, quem in prima bestia de abyssu diximus, suscitatus verbo irae : *aqua nutriet illum et abyssus auxit illum.* **105** qui tamen licet et nomine inmutato et actu inmutato veniat, ait spiritus ; numerus enim nominis est et numerus eius. **106** sic ait ex litteris Graecis in compluribus inveniuntur numeri, DCLXVI. qui per septem capita, hoc est septem regna, sibi subdita, septem nominibus nuncupabitur et octavum nomen habebit, quod supra diximus Acxyme, in quo nomine notam in manu et in fronte facturus est. **107** et haec septem nomina caritati vestrae explanemus, id est, Euantas, quod Latine dicitur serpens, eo quod Evam primus deceperit. **108** secundum nomen habet Damnatus, eo quod magnum damnum intulerit mundo. tertium nomen habet Antemus, id est, abstemius a temeto, id est, vino, quasi abstinens a vino. **109** quartum nomen habet Gotica lingua Gensericus. quintum nomen habet omnium linguarum Antichristus. sextum nomen habet Graece Teitan. **110** septimum nomen habet Latine Diclux, quo nomine per antifrasin expressum intellegimus antichristum, qui cum a luce superna privatus sit atque abscissus, transfiguratur tamen se in angelum lucis, praesumens se dicere lucem. **111** de eadem nomina,

I Euantas DCLXVI	V Antichristus DCLXVI
II Damnatus DCLXVI	VI Teitan DCLXVI
III Antemus DCLXVI	VII Diclux DCLXVI
IV Gensericus DCLXVI	VIII Acxyme DCLXVI

**112** Hic est sapientia, qui habet intellectum, computet numerum bestiae. numerus enim hominis est [Ap 13,18], id est, Christi, cuius nomen sibi facit bestia. quantum enim adtinet per singulas litteras, hunc numerum nomenque explevit, interpretatumque sic DCLXVI.

[fol. 171r°] **Illustration : Première Table de l'Antéchrist**, dont le coin inférieur droit a été arraché :

*Carré central : Horizontalement et verticalement : ANTI*CHRISTI / IN FRONTE ET MANU HUNC / *NOMEN*

*Oblique : TCCLX. DCLXII.*

*Vertical et horizontal : ✠*

*Au centre : croix bleue bordée de rouge.*

*Rectangle au-dessus du carré : PER ANTI*FRASIN *NOMEN SIBI*

IMPONIT LUX, EGO SUM INQUIT, A  
 ω, EGO SUM CHRISTUS <sup>325</sup>, PER HEC ERGO SEDU  
 CENS MULTOS HUNC NUMERUM  
 ET NOTA IN FRONTE FACIT  
 ET MANU QUIA DECIPIIT.

*Remplissage de petits carrés : rangée de croix, lettres et chiffres romains ; on distingue ANTECHRISTUM, GENSERICUS, BIS NOMEM, GEMINUM, CONIUNGE, SUB UNUM ET INUENIES EIUS NOMEN ET NUMERUM...*

*Sur la bordure horizontale haute, puis verticale droite :*

INTRA SAPIENS ET INVENIES

NVMERVM BESTIAE ST...

*Sur la bordure verticale gauche, puis horizontale basse :*

OCTO NOMINIBUS NUNCUPABITUR IN SEPTEM REGNA

QUI EST BESTIA...

[fol. 171v°]

**INCIPIT MAGISTER LATERCVLII**

**HVIVS ET RATIO LITTERARVM** <sup>326</sup>

[171v° a]

**S**i <sup>327</sup> scire uis hunc numerum si latinus es, per litteras latinas ingredere primum et collige rationem quantas uel quales litteras latinas facit in numero qui per latinam supputationem in cuncto uoluuntur calculo et in ipsas repperies nomen Antichristo quod sunt numero sex, id est, **DIX. IUX**, quod diriuatiuo uocabulo dicitur dic lux, quia per septem regna, septem nuncupabitur nomina et suum nomen interpretatur sancti per numerum litterarum unusquisque per sua lingua, ut sicut latinus per latinas, grecus per grecas, ita cuncti per singulas. Et dum tu latinus numerum per latinas cognoueris, [*parchemin déchiré, sans doute pour prélever une image ; restitution du texte d'après Sanders, p. 501 : sic per singulas recognoscas et in cuncta* <sup>328</sup> nomina in alfabeto sedecim re]-[fol. 171v° b]-peries litteras, id est a c d e g h k l m n r s t u x. Quia et sexto decimo anno legimus decepisse Eūam, reliquas septem litteras in sua non inuenimus nomina, id est b f o p q m z. Quia et priuatum eum cognoscimus esse a septiforme gratia quas litteras ut promisimus caritati uestre explanemus. Et as <sup>329</sup> abicitarias litteras in septem partibus fatiemus esse distinctas in quas partes septem nomina bestie recognoscas excepto, acsyme in quo facturus est notam et scripturas ad Asiam, et ubi in as <sup>329</sup> abicitarias ERA cum duplices reppereris <sup>330</sup> litteras, ibi nomen et numerum esse intellegas, que nomina singillatim ita denuntiamus.

[171v° b, partie inférieure de la colonne] **Illustration : Rosace d'entrelacs.**

\* Le passage suivant – de *Si enim* à *Apocalipsis* – n'est pas dans le texte de Sanders, qui l'a seulement transcrit dans les notes critiques, en indiquant qu'il ne se trouve avec de très légères variantes que dans un autre manuscrit, qu'il nomme N (A<sup>1</sup>: Madrid, Biblioteca Nacional, MS Vit. 14-1).

325. i suscrit.

326. Le titre s'étend sur les deux colonnes.

327. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

328. La dernière ligne de la colonne b n'est qu'à moitié déchirée.

329. Lire has.

330. re ajouté en interligne.

[fol. 172r°] **Illustration : Deuxième Table de l'Antéchrist :**

*Partie haute* : Dans un cadre orné de rinceaux, des inscriptions sont insérées entre neuf hautes colonnes avec base et arc outrepassé : ANTICHRISTUM / TEITAN / DIC LUX / GENSERICUS / EUANTAS / DAMNATUS / ANTEMUS / AXIME.

*Partie centrale* : colonnes : alphabet en rouge, chiffres en noir. Dernière ligne : DCLXIII entre les huit première colonnes.

*Partie inférieure* : ANTICHRISTUS TEITAN

[fol. 172v° a]

**QUALITER COGNOSCATVR ANTICHRISTVS, IN TOTO MVNDO DVM REGNARE COEPERIT.**  
Sic enim ait.

**Et** <sup>331</sup> datum est illi <sup>332</sup> facere bellum cum sanctis, et uincere eos.

[Passage manquant restitué d'après Sanders, p. 501-502] : et occidere eos [Ap 13,7]. vincet eos, quos sibi consentientes invenerit ; occidet eos, qui ei consentire noluerint.

\*Si enim pro sanctis ita dictum est, quid ergo de peccatoribus factum erit, cum omnem potestatem acceperit ?

Sciendum præterea est, quia omnes quos in studio uitæ carnalis inuenerit, sub iugo <sup>333</sup> suæ potestatis rapit. Nunc uero sollicitè praeuidendum est, quid debeant facere, qui eius amici nolunt esse. Hinc Iacobus ait : Qui uoluerit amicus esse seculi huius, inimicus Dei constituitur. Aut putatis quia inaniter scriptura dicat, ad inuidiam concupiscit Spiritus qui habitat in uobis, maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit Deus : superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Subditi igitur estote Deo, resistite autem diabolo et fugiet a uobis, adpropinquate Deo, et adpropinquabit uobis. Emundate manus peccatoris, et purificate corda duplici animo. Miseri estote, lugete et plorate <sup>334</sup>, risus uester in luctum conuertatur, et gaudium in merore. Humiliamini in conspectu Dei, et exaltabit uos. Nolite detrahere, de alterutrum fratres. Qui detrahit <sup>335</sup> fratrem suum, aut qui iudicat fratrem detrahit <sup>335</sup> legem <sup>336</sup> et diiudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus enim legislator [fol. 172v° b] et iudex, qui potest perdere et liberare, tu autem quis es qui iudicas proximum tuum ? Ecce nunc quid dicis, hodiè aut in <sup>337</sup> crastinum ibimus in illam ciuitatem, et fatiemus quidem ibi annum et mercabimus et lucrum fatiemus. Quid <sup>338</sup> ignoratis quid sit in crastinum ? <sup>339</sup> que enim est uita uestra ? <sup>339</sup> uapor est ad modicum parens, deinceps exterminabitur pro eo ut dicatis, si Dominus uoluerit, aut si uixerimus fatiemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbiis uestris. Omnis exultatio talis uana est. Scienti igitur bonum facere, et non facienti peccatum est illi. Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miseriis quæ adueniunt

331. Initiale rehaussée de couleurs faiblement rentrante sur deux lignes.

332. illi ajouté en interligne d'une encre noire après .

333. um final corr. en o.

334. plorete corr. en plorate.

335. h suscrit d'une encre plus noire.

336. legi corr. en legem d'une encre plus noire.

337. in ajouté dans la marge.

338. d ajouté en interligne d'une encre noire.

339. ? ajouté d'une encre plus noire.

uobis. Diuitiæ uestre putrefactæ sunt, et uestimenta uestra a tineis comesta sunt. Aurum et argentum uestrum eruginauit, et erugo eorum in testimonium uobis erit, et manducabit carnes uestras sicut ignis. Taurizastis in nouissimis diebus, ecce merces operiarorum qui messuerunt regiones uestras, qui fraudatus est a uobis clamat, et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introiuit. Epulati estis super terram, et in luxuriis enutristis corda uestra. HOs<sup>340</sup> tales absque ulla retractione sibi subiugabit, dum regnare ceperit Antichristus. Dicat ergo Apocalipsis,<sup>341</sup> [*fin du texte propre à S et à A<sup>1</sup>*]

*Accepit autem potestatem in omnem tribum et linguam et gentem, et adorabunt omnes inhabitantes super terram, quorum nomina non sunt scripta in libro uitae Agni, qui occisus est ante constitutionem mundi. Si quis habet aures audiendi audiat. Quoniam qui in [fol. 173r° a] captiuitate ducit, in captiuitatem uadit.*

*Qui gladio interficit, gladio interficietur [Ap 13,8-10].*

*Instituit enim terram, et eos qui inhabitant in illam, ut adorent bestiam primam, cuius mortis curata est plaga. Et fatiet signa magna ut etiam ignem descendere de celo fatiat in terram coram hominibus ; et seducet inhabitantes terram, propter quæ permissa sunt ei [Ap 13,12-14]*

*[le texte s'interrompt brusquement ici ; il est suivi du début du commentaire ci-après sur l'Agneau et la montagne de Sion].*

**[Texte manquant :** *L'absence de ce texte, qui se trouvait peut-être déjà dans le modèle, n'est pas signalée dans Sanders, qui, p. 503-510, donne ici :*

*facere in conspectu bestiae. 6 et praecipiet habitantibus terram, ut faciant imaginem bestiae [Ap 13,14], sicut fecit Nabuquodonosor, et adorent eam omnes tribus et lingua. 7 et datum est illi, ut det spiritum imaginibus bestiae, ut tamquam homo loquatur imago ; et faciet ut quicumque non adoraverit ipsam imaginem occidatur ; 8 et tunc faciet omnes parvulos et magnos et servos et dominos, pauperes et divites, ut accipiant caracteres in manu dextera aut in frontibus, quia nemo poterit emere aut vendere, nisi qui habuerit notam aut nomen bestiae. 9 hic est sapientia ; qui habet intellectum, computet numerum bestiae. numerus enim bestiae numerus nominis eius est, et numerus eius fiunt DCLXVI [Ap 13,18]. 10 proinde Dominus noster Iesus Christus admonens ecclesiam suam ait : *orate ne fiat fuga uestra hieme vel sabbato ; cum tempus antichristi venerit et ecclesia persecuta ab eo fuerit, sancti solitudines et deserta sectantur. (8<sup>a</sup> et tunc fiet tam omnes principes terrae quam etiam pusillos, dominos et servos, divites et pauperes, accipere caracteres in manu dextera aut in frontibus, quia nemo poterit emere aut vendere, nisi qui habuerit hanc caracterem ☩ et numerum nominis eius, id est, DCLXVI. 10<sup>a</sup> proinde Dominus ait : *orate ne fiat fuga uestra hieme vel sabbato. tempore autem antichristi ecclesia fugitura est in solitudine Gerico et Arabiae, qui fuerint tempore Eliae firmati).***

**11** Antichristus enim, quum venerit, legem priscam et circumcisionem adnuntiabit. cogendum est omne genus hominum Iudaicae legis observationem adtendere. electi vero et sancti spirituales, qui antichristo non sunt credituri, fugient hanc persecutionem, et in solitudine

340. h suscrit d'une encre plus noire après la confection du O.

341. Fin du passage particulier.

morabuntur, sicut in hoc libro plenissime disputandum est. ideo monet salvator orandum nobis, ut in iugo persecutionis nostrae non sit hieme vel sabbato ipsa fuga. **12** si enim hieme fuerit inquisitio nostra, ut comprehendamur a persecutoribus, humana fragilitas corpus frigore sustinere non poterit. ubicumque enim ad homines accedere volueris frigoris iniuriam declinans, continuo occupandus eris. **13** talem enim erit decretum antichristi per universam terram, ut, qui non habuerit hunc caracterem ✠ in fronte et in manu dextra, comprehendatur et ipsi praesentetur. sancti vero, qui tunc solitudines montium et silvarum occulta sectabuntur, ad nullum hominem accessuri erunt, ne occupentur, et ideo dicit orandum nobis, ne fuga nostra hieme fiat, et venti asperitatem frigoris ad homines temporis illius comprehensi et occupati antichristo praesentemur. **14** sabbatum autem observatio legis erit, quia non erat licitum in lege via ambulare, aut aliquid opus facere servile. si quis autem tempore antichristi ambulans aut aliquid opus facientem invenerit in sabbato, velut legis praevaricatorem et transgressorem praeceptorum offert antichristo. **15** diximus enim antichristum iussurum esse, ut Iudaica lex a cunctis hominibus observetur, et teneretur in tantum, ut usque ad mortem vindicetur. **16** unde in Psalmis praevidens futura propheta David orabat dicens: *ut destruas inimicum et defensorem.* **17** ipse enim antichristus, cum impurissimus sit, castitatem et sobrietatem praedicaturus est, quia neque potator vini erit neque ullum genus mulierum ad eum accessum amoris causa habebit. et per hoc populum seducit, et adversarius religionis et vindicator legis erit. et ita inimicus ecclesiae et defensor Iudaicae legis apparebit. **18** verum si ad spiritualem intellectum referas, *orate ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato. hieme* quod dicit, id est, ne fides tua refrigescat, ut ad gentilitatem revertaris. **19** sicut et salvator dicit, quod in illis diebus *abundante iniquitate refrigescere habet fides multorum. sabbato* autem quod dicit, id est, ne frigescente fide in Iudaismo consentias, et ex praecepto antichristi sabbatum colas. **20** haec praecepta antichristi nullus evadere poterit, nisi qui sanctam trinitatem unum Deum crediderit, et in unum catholicam atque apostolicam ecclesiam inventus fuerit, et paupertatem apostolicam contentus, nihil in hoc mundo praeter Christum amaverit, et plus de tribulatione huius saeculi quam de prosperitate gavisus fuerit, et tam principes huius saeculi quam etiam amatores mundi tota mentis intentione evitaverit, et die noctuque in lege Domini meditaverit, et vita contemplativa et solitudinem delectaverit. **21** ceteros vero quos carnales et amatores huius saeculi invenerit, absque ulla reluctantatione sub iugum suae dicionis rapit.

#### DE ANTICHRISTO

7. **1** Qualiter imperatorem tollat Romanum et ipse sumat imperium. beatus enim Augustinus in libro civitatis Dei sententiam exponens Pauli apostoli, ubi Thessalonicenses recorrogit, quia putabant quod tempore Pauli apostoli esset dies iudicii, scripserat enim eis in prima epistula, dicens de adventu Domini: **2** *nos qui vivimus, qui residui sumus, in adventu Domini non praevienemus eos, qui antea dormierunt;* **3** et paulo post: *deinde nos qui*

*vivimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus ; 4* quam ob rem secundam scribens epistolam, quam beatus Augustinus ita exponens ait : **5** multas evangelicas apostolicasque sententias de divino isto iudicio novissimo video mihi esse praetereundas, ne hoc volumen in nimiam longitudinem provolvatur ; **6** sed nullo modo est praetereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Thessalonicenses ; **7** *rogamus, inquit, vos, fratres, per adventum Domini nostri Iesu Christi, et nostrae congregationis in ipsum ; ut non cito moveamini mente, neque perterreamini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam, tamquam per nos, 8* quasi instet dies Domini. *ne quis vos seducat ullo modo ; 9* quoniam nisi venerit refuga primum, et revelatus fuerit homo peccati, filius interitus, qui adversatur, et superextollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tamquam sit Deus. **10** *non retinetis in memoriam, quum adhuc essem apud vos, haec dicebantur vobis ? 11* et nunc quid detineat scitis, ut reveletur in suo tempore. **12** *iam enim mysterium iniquitatis operatur. tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat ; 13* et tunc revelabitur iniquus, quem Dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, et evacuabit inluminatione praesentiae suae ; **14** *eum, cuius est praesentia secundum operationem Satanae, in omni virtute, et signis, et prodigiis mendacii, et omni seductione iniquitatis his, qui pereunt ; pro eo, quod dilectionem veritatis non receperunt, ut salvi fierent. 15* et ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio ; et iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. **16** nulli dubium est eum de antichristo ista dixisse, diemque iudicii (hunc enim appellat diem Domini) non esse venturum, nisi ille prior venerit, quem refugam vocat, utique Domino Deo. **17** quod si de omnibus impiis merito dici potest, quanto magis de isto ! **18** sed in quo templo Dei sit sessurus, incertum est ; utrum in illa ruina templi, quod a Salomone rege constructum est, an vero in ecclesia. **19** non enim templum alicuius idoli aut demonis templum Dei Apostolus diceret. unde nonnulli non ipsum principem, sed universum quodam modo corpus eius, id est, ad eum pertinentem omnium multitudinem, simul cum ipso suo principe hoc loco intellegi antichristum volunt ; **20** rectiusque putant etiam Latine dici, sicut in Graeco est, non in templo Dei sedeat, tamquam ipse sit templum Dei, quod est ecclesia ; sicut dicimus : **21** *sedet in amico, id est velut amicus, vel si quid aliud de isto locutionis genere dici solet. 22* quod autem ait : *et nunc quid detineat, scitis, id est, quid sit in mora, quae causa sit dilectionis eius, ut reveletur in suo tempore, scitis ; 23* quoniam scire illos dixit aperte hoc dicere noluit. **24** et ideo nos, qui nescimus quod illi sciebant, pervenire cum labore ad id, quod sensit Apostolus, cupimus nec valemus ; **25** praesertim, et illa, quae addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. **26** nam quid est ; *iam enim mysterium iniquitatis operatur ; tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat ; et tunc revelabitur inimicus ? 27* ego prorsus quid dixerit me fateor ignorare. suspensiones tamen hominum, quas vel audire vel legere potui, non tacebo. **28** quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano et propterea Paulum apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male optaverit, quum speraretur aeternum ; **29** et hoc quod dixit : *iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intellegi, cuius iam facta velut antichristi videbantur. 30*

unde nonnulli ipsum resurrecturum et futurum antichristum suspicantur ; alii vero nec occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, et vivum occultari in vigore ipsius aetatis, in qua fuit, quum crederetur extinctus, donec suo tempore reveletur et constituatur in regnum. **31** sed multum mihi mira est haec opinantium tanta praesumptio. illud tamen, quod ait Apostolus : *tantum qui modo tenet, teneat, donec de medio fiat*, non absurde ipso Romano imperio creditur dictum, tamquam dictum sit ; **32** tantum quo modo imperat, imperet, donec de medio fiat, id est de medio tollatur. et tunc revelabitur iniquus, quem significari antichristum nullus ambigit.

## STORIA DECIMI SIGNI

**T. 14.** **1** Et vidi, et ecce agnus stans in montem Sion, et cum eo centum quadraginta quattuor milia, habentes nomen eius, et nomen patris eius scriptum in frontibus eorum. **2** et audiui vocem de caelo, sicut vocem aquarum multarum, et sicut tonitruum magni. et vocem quam audiui, sicut citharedorum citharizantium in citharis suis ; **3** et cantant sicut canticum novum in conspectu throni, et in conspectu animalium, et in conspectu seniorum; et nemo poterat discere canticum. nisi centum quadraginta quattuor milia, qui empti sunt a terra. **4** hi sunt qui cum mulieribus inquinati non sunt. virgines enim sunt. hi sequuntur agnum, quocumque ierit. hi empti sunt ab initio Deo et agno, **5** et in ore eorum non est inventum mendacium. immaculati sunt.

[fol. 173 r° a] **INCIPIT EXPLANATIO STORIAE DE AGNO ET MONTE** <sup>342</sup> **SION.**

**Et** <sup>343</sup> vidi, et ecce Agnus stans in montem Sion, et cum eo centum XL quatuor milia habentes nomen eius, et nomen Patris eius scriptum in frontibus eorum [Ap 14,1].

Apparuit quæ sit imitatio notæ in fronte, dum Deum et hominem Christum dicit scriptum in frontibus Aecclesiae. **Et audiui uocem de cælo, sicut uocem aquarum multarum** [Ap 14,2].

Id est centum quadraginta quattuor milium ; aque, hoc loco sancti sunt. **Et sicut tonitruum magni et uocem quam audiui, sicut citharedorum citharizantium** <sup>344</sup> **in citharis suis** [Ap 14,2].

**Et cantant sicut canticum nouum in conspectu troni, et in conspectu animalium et in conspectu seniorum. Et nemo poterat discere** <sup>345</sup> **canticum, nisi CXLIII milia** [Ap 14,3]. Non dixit : nemo posset audire aut dicere, sed discere.

Multi enim dicunt semper discentes, numquam tamen ad scientiam ueritatis peruenientes, nisi solum illa CXLIII<sup>or</sup> <sup>346</sup> milia sicut dicit : **Qui empti sunt de terra, hii sunt qui cum mulieribus, inquinati non sunt** [Ap 14,4]. Id est mulieribus illicitis <sup>347</sup>, iuncti [fol. 173r° b] non sunt. Qui enim licitis <sup>348</sup> mulieribus iunguntur,

342. m final gratté.

343. Initiale rehaussée de couleurs en partie rentrante sur trois lignes.

344. iz ajouté en interligne à l'encre rouge.

345. s ajouté en interligne à l'encre noire.

346. or suscrit.

347. s final ajouté en interligne d'une encre noire.

non inquinantur. Masculos autem solos dixit, id est fortes contra diabolum. Isti habent citharas in manu, id est corda laudantium.

Cythara enim corda <sup>349</sup> extensa in ligno est, per lignum crux intelligitur.

Per corda, caro in cruce afflicta, id est in penitentia p̄ne mortua, ut Apostolus ait.

Christi <sup>350</sup> confixus sum cruci, uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus.

Masculos diximus, sed in masculo significantur <sup>351</sup> et femine, quę inlicitis <sup>352</sup> uero mixtę <sup>353</sup> non fuerint <sup>354</sup>, et quia omnes in masculum generantur. **Virgines enim sunt** [Ap 14,4]. Virgines omnes p̄nitentes, id est castos et pudicos, sicut Apostolus omni Aecclesiae scribit. Statui desponsare uos, uni uiro uirginem suam <sup>355</sup>.

**Hii sunt qui secuntur Agnum, quocumque ierit** [Ap 14,4]. Numquid illi pueri qui putantur aut uirgines Christi tantum secuntur in quocumque duxerit? <sup>356</sup> sed omnes quos ad p̄nitentiam uocauerit, hii empti sunt ab omnibus ab initio, Deo et Agno. Ab Adam ex quo iusti de flammis saeculi redimuntur, aetiam antequam Christus ueniret, redempti sunt, et multi ante aduentum Domini misericordia liberati sunt. Sicut tres pueros legimus de fornace ignis ardentis liberatos, et nunc sanguine suo mundo <sup>357</sup> multi per eius liberantur exempla <sup>358</sup>; plerique lapsi per culpam, redintegrantur per penitentię fructum, [fol. 173v° a] de quibus dicit: **Et in ore eorum non est inuentum mendatium, immaculati sunt** [Ap 14,5]. Non dixit non fuit in ore eorum mendatium, sed non est inuentum, sicut Apostolus dicit: Et hęc quidam fuistis aliquando, sed lauati estis. Et iniquitas iusti non nocebit ei, qua die conuersus fuerit ab iniquitate sua, et poterit esse uirgo, et dolus in ore eius non inueniri. Qualem enim inuenerit Dominus cum uocat, talem pariter et iudicat, quem nouissimo die inuenerit, damnat aut coronat. Apertius Deus promittit, non solum infantibus, sed omnibus recte credentibus, et recte in caritate et patientia uiuentibus et digne p̄nitentibus, non inueniri linguam mendacem sicut dicit: et timebunt a facie Domini reliquie <sup>359</sup> Israel, et non fatient iniquitatem, nec loquentur mendatium, et non inuenietur in ore eorum lingua dolosa. Sic et de Domino scriptum est: Peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius. Peccatum non fecit, quia sine peccato uixit. Dolus in eo non est inuentus, quia neque Eccclesia dolum habuit, quam <sup>360</sup> induit. Quia si Aecclesia est, sine dolo est, et Christi uestimentum est. Quod si dolum habet in lingua, Eccclesia <sup>361</sup> non est, quia in mendatio est. Eccclesia uero sine mendatio est, quia in caritate est, et in lumine manet, et Deus [fol. 173v° b] in illa manet. Sic Apostolus

348. licite corr. en licitis.

349. corde corr. en corda.

350. o final corr. en i.

351. n suscrit devant tur.

352. inlicito corr. en inlicitis.

353. mixta corr. en mixtę à l'encre noire.

354. n suscrit devant le t final.

355. sanctam corr. en suam.

356. ? ajouté à l'encre noire.

357. mundum corr. en mundo.

358. um final corr. en a.

359. reliquias corr. en reliquie.

360. quem corr. en quam.

361. e final corr. en a.

Christum dicit peccatum non fecisse, propter nos peccatum fecisse, id est nostra peccata habuisse. Ipsa in eo inuenta non sunt. Nam si in ista separatione superfluum est, ut credamus Christum peccatum fecisse.

Peccatum non fecit ; dolus in eo non est inuentus. Quod est peccatum, hoc dolus.

Hic est Agnus mansuetus et sine dolo.

*Stans super montem Sion [Ap 14,1].* Stare super montem Syon, id est Aecclesiam dicitur.

Quia surgere nos et excitare, ad penitentiam coortatur. Stare enim pugnantis est, et bene stare dicitur, qui cum bestia in pugna certare peribetur.

Pro peregrinatione autem praesentis <sup>362</sup> saeculi, Aecclesia Sion dicitur, eo quod ab huius peregrinationis longitudine posita, promissionem rerum celestium speculetur. Et propterea Sion, id est speculatio, nomen accepit, quia corporaliter terrena deserens, spiritu et mente in contemplatione perseuerans, semper ad superiora tendit. Hic uero Sion dicitur, et in futuro, Iherusalem celestis nuncupatur. Quamuis et in hoc saeculo Ecclesia Iherusalem dicatur. sed ista Iherusalem seruit, cum filiis suis. Illa autem quae sursum est libera est, quae est mater omnium nostrorum. De ista Iherusalem dictum est: Iherusalem Iherusalem quae occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt. De illa Iherusalem dictum est: Letare sterelis quae non parit, quia multi filii deserti, magis quam eius, quae habet uirum. Iherusalem

*[Folio disparu : Un ou plusieurs folios ont été supprimés entre les fol. 173v° et 174r°, sans doute pour prélever une ou plusieurs images dont une pouvait représenter L'Agneau sur le mont Sion (Ap 14, 1-5) ; le début du texte également disparu de ce fait correspondait à la fin du livre VI ; il est restitué d'après l'édition de Sanders, 513] :*

vero Latine visio pacis interpretatur. ergo ecclesia hic pacem habere non potest, quia in certamine persecutionis est. in ista Ierusalem cum bestia commoratur, et pseudopropheta. hic habet pacem, quia pro futura non laborat. **24** ista Ierusalem est sub pedibus mulieris, quae lapidat prophetas et occidit eos, qui ad illa mittuntur. in ista Ierusalem per membra crucifigitur, et Agnus cotidie immolatur, **25** quia pacem in hoc mundo habere non potest, qui cotidie patitur. pro futura vero pace Ierusalem hic ecclesia, quae est mons Sion, cum Agno speculatur, ut quandoque consummato labore in illa cum ceteris victoribus copuletur. **26** ibi enim absorpta, id est, devorata omni adversitate pacem, quae est Christus, praesenti possidebit obtutu. hic facit finem, et recapitulat a tempore persecutionum in Africa gestarum.

---

362. s final ajouté.